# Edition Open Sources
# Sources 8

*Stefan Paul Trzeciok:*

## 2. Kapitel des 4. Traktats des 3. Teils

DOI: 10.34663/9783945561102-43




In: Stefan Paul Trzeciok: *Alvarus Thomas und sein Liber de triplici motu : Band II: Bearbeiteter Text und Faksimile*
Online version at https://edition-open-sources.org/sources/8/

ISBN 978-3-945561-10-2, DOI 10.34663/9783945561102-00
First published 2016 by Max-Planck-Gesellschaft zur Förderung der Wissenschaften, Edition Open Sources under Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 3.0 Germany Licence.
https://creativecommons.org/licenses/by-nc-sa/3.0/de/

The Deutsche Nationalbibliothek lists this publication in the Deutsche Nationalbibliografie; detailed bibliographic data are available in the Internet at http://dnb.d-nb.de

**Concluſio reſponſiua ad queſtionem** patet ex primo notabili queſtionis.

**Ad rationes queſtionis reſtat dicere.**

¶ Ad primam rationem reſponſum eſt ibi vſq; ad vltimam replicã: ad quã reſpondeo cõcedendo illatum: ⁊ negando falſitatem conſequetis: vt patet ex ſecundo notabili.

**Ad ſecundam rationem reſponſum ẽ** ibi vſq; ad vltimam replicam: ad quam reſpondeo admiſſo caſu: negando minorem: Et ad ꝓbationeꝫ minoris: nego conſequentiam: ⁊ cũ probatur nego ꝙ forma totalis ipſius a. vni certe parti date nõ hꝫ infinitas equales non cõmunicantes: ⁊ ratio eſt qꝛ quelibet habet tantam formam aut maiorem q̃ ſit forma habens ꝓportionem equalitatis ad reſiſtẽtiam b. paſſi: vt conſtat quoniã alias non ageret.

¶ Ad confirmationem patet reſpoſio ex tertio notabili.

**Ad tertiam rationem reſponſum ẽ ibi** vſq; ad vltimam replicam: Ad quã reſpondeo concedendo illatũ: Nec hoc ẽ incõueniẽs vt patet ex tertia concluſione primi dubii: ex quinta cõcluſione cũ primo et ſecundo correlariis: quibus adde in caſu oculũ aquile optime diſpoſitum non videre obiectum ſibi debite approximatũ in quantocũq; intenſo lumine. quod ſic probatur poſito ꝙ ſit oculus aquile bene diſpoſitus vbi eſt gradus. 4. latitudinis luminis vniformiť difformis. obiecto pedali ſibi debite approximato. rareſiat ergo. illa latitudo luminis: quouſq; latitudo luminis circunſtãs pedale ſit tam parue potentie ꝙ non ſufficiat imutare oculuꝫ aquile: quo poſito oculus aquile nõ videbit ergo ꝓpoſitum (volo enim quod ſemper oculus aquile et pedale ſint ꝓpe gradũ. 4.) ⁊ ſicut arguiť de lumine vt. 4. arguas tu de quouis alio. Adde ſecundo ꝙ a. luminoſum poteſt naturaliter producere lumen vniforme. Quod ſic oſtenditur. pono ꝙ a. ꝓducat latitudinem luminis ab octauo vſq; ad nõ gradum ⁊ ꝙ vndiq; circa luminoſum in puncto vbi eſt gradus. 4. ponatur obſtaculum cauſans reflexionem luminis. quo poſito iam luminoſum ꝑ lineam reflexam ꝓducet verſus ſe lumen a. 4. vſq; ad non gradum. ⁊ iam in illo medio ante reflexionem erat latitudo a. 4. vſq; ad. 8. igitur manebit latitudo vniformis. Et ſi dicas ꝙ nõ ꝓducet luminoſuꝫ lumen a quarto vſq; ad non gradũ ꝑ tantam diſtantiam per lineam reflexam ꝑ quantã per lineam rectam. Tunc volo ꝙ obſtaculum approximetur corpori luminoſo ⁊ habebitur propoſitum.

**Ad quartam rationem reſponſum eſt** ibi vſq; ad vltimam replicam. Ad quam reſpõdeo concedendo quod infertur: nec illud eſt incõueniens

**Ad quintam rationem reſpondeo con**cedendo illatum. vt patet ex concluſionibus queſtionis illud eſſe concedendum: ⁊ nego ꝙ illud ſit falſuꝫ

**Ad ſextam rationem reſponſum ẽ ibi** vſq; ad vltimam replicam ad quam reſpondeo negando ſequelam. Et ad probationem nego conſequentiam.

**Ad ſeptimam rationem reſpondet ſe**cundum dubium huius queſtionis.

¶ Capitulum ſecundum in quo agitur de intenſione ⁊ remiſſione formarum.

## Capitulum ſecundum.

**Quoniam intenſio forme ſequẽ**la eſt alterationis naturaliter, aut forme ꝓductionis: Queritur an forma poſſit intendi.

**Et arguitur primo ꝙ non. quia ſi for**ma poſſet intendi: hoc maxime fieret ꝑ cõtrarii depurationẽ. ſed conſequens eſt falſum: igitur illud ex quo ſequitur. Sequela patet per phm̃ tertio topicoꝝ dicẽtem illa que ꝯtrariis ſuis ſunt impmixtiora: magis ſunt alia. vt illud eſt albius quod ẽ nigro impermixtꝰ: igitur intenſio forme fit ꝑ depurationem a contrario. Itẽ aurum ꝑ maiorem depurationem fit magis fuluũ vt experientia docet: igiť intẽſio coloris auri fit ꝑ cõtrarii depurationẽ. Sed falſitas ꝯñtis arguiť qꝛ aliqua forma intenditur: ⁊ nõ per depurationem a cõtrario: igitur itenſio forme non fit ꝑ contrarii depurationeꝫ. Añs arguitur de charitate q̃ nõ intẽditur per depurationem a contrario vt patet auctoritate theologorũ. Patet etiã de lumine quod non intenditur per contrarii depurationẽ: cum lumen non habeat contrariũ. ¶ Dices diſtinguendo ꝙ aliqua forma non intendatur ꝑ contrarii depurationẽ. aut forma habens contrarium: ⁊ ſic negatur, aut non habens contrarium et ſic conceditur. Dicitur

**Sed contra quia aliqua forma habẽs** contrarium non intenditur depuratione contrarii igitur ſolutio nulla. Añs probatur ⁊ pono caſũ ꝙ aliqs non habituatꝰ habitu ꝯrio caſtitatis acq̃rat hitũ caſtitatꝭ ꝑ actꝰ freq̃ntatos. Quo poſito talis intendit habitũ caſtitatis: ⁊ tamen nõ intendit illũ a contrario ipſũ depurãdo cũ nõ habeat eius cõtrarium ex caſu: igitur aliqua forma habens contrarium non intenditur depuratione cõtrarii quod fuit ꝓbandum. Item aſſenſus alicuiꝰ ꝓpoſitionis intẽditur abſq; depuratione aſſenſus ſui cõtradictorii: cum aſſenſus duarũ contradictoriarũ impoſſibiliter ſe cõpatiuntur vt inferius videbitur: igitur.

¶ Et confirmatur qꝛ ſi forma ſic intenderetur: ſeq̃retur non poſſe caliditatẽ intendi quin ſimul i eiuſdẽ caliditatis ſubiecto frigiditas intendatur. ꝯñs eſt falſum ⁊ cõtra experientiam: igitur illud ex quo ſequitur. Sequela ꝓbatur qꝛ ſi caliditas intenditur: ipſa (per te) minꝰ ꝑmiſcetur frigiditati. et vltra ipſa caliditas minus ꝑmiſcetur frigiditati: igiť frigiditas minus ꝑmiſcetur caliditati. ⁊ vltra: frigiditas minus permiſcetur caliditati: igitur frigiditas intenditur quandoquidẽ ſecundum opinionem frigiditatem intendi nihil eſt aliud q̃ frigiditatẽ a caliditate depurari ⁊ minus caliditati ꝑmiſceri: igiť de primo ad vltimũ ſi caliditas intenditur: frigiditas intenditur: quod fuit probandum.

**Secundo ad idẽ arguituꝛ ſic qꝛ ſi for**ma poſſet intendi: maxime intenderetur ꝑ noue forme additionẽ priore manẽte cũ poſteriore penetratiue ⁊ vnitiue. ſed conſequens eſt falſum: igitur illũ ex quo ſequitur. Sequela patet qꝛ alias ſequeretur qualitatem ſimpliciter eſſe indiuiſibilem quo ad intenſionem. ⁊ per conſequens alteram altera non eẽ intenſiorem quod eſt falſum. Sed falſitas conſeq̃ntis arguitur. qꝛ ſi forma intenderetur per noue forme additionem ⁊c. ſequeretur quãlibet albedinem eſſe infinite perfectionis: ſed conſequens eſt manifeſte ipoſſibile igitur illud ex quo ſequitur. Sequela ꝓbatur ⁊ ſuppoſito ꝙ quelibꝫ albedo ſit perfectior nigredine: pono ꝙ in a. ſubiectum intendatur albedo a non gradu in hora per continuam noue albe-

Conclusio responsiva ad quaestionem patet ex primo notabili quaestionis.

Ad rationes quaestionis restat dicere. ¶ Ad primam rationem responsum est ibi usque ad ultimam replicam, ad quam respondeo concedendo illatum et negand[o] falsitatem consequentis, ut patet ex secundo notabili.

Ad secundam rationem responsum est ibi usque ad ultimam replicam, ad quam respondeo admisso casu negando minorem. Et ad probationem minoris nego consequentiam, et cum probatur, nego, quod forma totalis ipsius A uni certae parti datae non habet infinitas aequales non communicantes, et ratio est, quia quaelibet habet tantam formam aut maiorem, quam sit forma habens proportionem aequalitatis ad resistentiam B passi, ut constat, quoniam alias non ageret.

¶ Ad confirmationem patet resposio ex tertio notabili.

Ad tertiam rationem responsum est ibi usque ad ultimam replicam, ad quam respondeo concedendo illatum. Nec hoc est inconveniens, ut patet ex tertia conclusione primi dubii ex quinta conclusione cum primo et secundo correlariis, quibus adde in casu oculum aquile optime dispositum non videre obiectum sibi debite approximatum in quantocumque intenso lumine. Quod sic probatur posito, quod sit oculus aquile bene dispositus, ubi est gradus 4 latitudinis luminis uniformiter difformis obiecto pedali sibi debite approximato. Rarefiat ergo illa latitudo luminis, quousque latitudo luminis circumstans pedale sit tam parvae potentiae, quod non sufficiat immutare oculum aquile. Quo posito oculus aquile non videbit, ergo propositum, (volo enimm quod semper oculus aquile et pedale sint prope gradum 4), et sicut arguitur de lumine ut 4, arguas tu de quovis alio. Adde secundo, quod A luminosum potest naturaliter producere lumen uniforme. Quod sic ostenditur: pono, quod A producat latitudinem luminis ab octavo usque ad non gradum, et quod undiquaque circa luminosum in puncto, ubi est gradus 4, ponatur obstaculum causans reflexionem luminis. Quo posito iam luminiuosum per lineam reflexam producet versus se lumen a 4 usque ad non gradum, et iam in illo medio ante reflexionem erat latitudo a 4 usque ad 8, igitur manebit latitudo uniformis. Et si dicas, quod non producet luminosum lumen a quarto usque ad non gradum per tantam distantiam per lineam reflexam, per quantam per lineam rectam. Tunc volo, quod obstaculum approximetur corpori luminoso, et habebitur propositum.

Ad quartam rationem responsum est ubi usque ad ultimam replicam, ad quam respondeo concedendo, quod infertur, nec illud est inconveniens.

Ad quintam rationem respondeo concedendo illatum, ut patet ex conclusionibus quaestionis illud esse concedendum, et nego, quod illud sit falsum.

Ad sextam rationem responsum est ibi usque ad ultimam replicam, ad quam respondeo negando sequelam. Et ad probationem nego consequentiam.

Ad septimam rationem respondet secundum dubium huius quaestionis.

**2. Kapitel des 4. Traktats des 3. Teils**

**Capitulum secundum, in quo agitur de intensione et remissione formarum**

|
Quoniam intensio formae sequela est alterationis naturaliter aut formae productionis, quaeritur, an forma possit intendi.

Et arguitur primo, quod non, quia si forma posset intendi, hoc maxime fieret per contrarii depurationem, sed consequens est falsum, igitur illud, ex quo sequitur. Sequela patet per philosophum tertio topicorum dicentem illa, quae contrariis suis sunt in permixtiora, magis sunt alia, ut illud est albius, quod est nigro impermixtius, igitur intensio formae fit per depurationem a contrario. Item aurum per maiorem depurationem fit magis fulvum, ut experientia docet. Igitur intensio coloris auri fit per contrarii depurationem. Sed falsitas consequentis arguitur, quia aliqua forma intenditur, et non per depurationem a contrario, igitur intensio formae non fit per contrarii depurationem. Antecedens arguitur de charitate, quae non intenditur per depurationem a contrario, ut patet auctoritate theologorum. Patet etiam de lumine, quod non intenditur per contrarii depurationem, cum lumen non habeat contrarium. ¶ Dices distinguendo, quod aliqua forma non intendatur per contrarii depurationem, aut forma habens contrarium, et sic negatur, aut non habens contrarium, et sic conceditur.

Sed contra, quia aliqua forma habens contrarium non intenditur depuratione contrarii, igitur solutio nulla. Antecedens probatur: et pono casum, quod aliquis non habituatus habitu contrario castitatis acquirat habitum castitatis per actus frequitatos. Quo posito talis intendit habitum castitatis, et tamen non intendit illum a contrario ipsum depurando, cum non habeat eius contrarium ex casu, igitur aliqua forma habens contrarium non intenditur depuratione contrarii. Quod fuit probandum. Item assensus alicuius propositionis intenditur absque depuratione assensus sui contradictorii, cum assensus duarum contradictoriarum impossibiliter se compatiuntur, ut inferius videbitur. Igitur.

¶ Et confirmatur, quia si forma sic intenderetur, sequeretur non posse caliditatem intendi, quin simul in eiusdem caliditatis subiecto frigiditas intendatur. Consequens est falsum et contra experientiam, igitur illud, ex quo sequitur. Sequela probatur, quia si caliditas intenditur, ipsa (per te) minus permiscetur frigiditati, et ultra ipsa caliditas minus permiscetur frigiditati, igitur frigiditas minus permiscetur caliditati, et ultra frigiditas minus permiscetur caliditati, igitur frigiditas intenditur, quandoquidem secundum opinionem frigiditatem intendi nihil est aliud quam frigiditatem a caliditate depurari et minus caliditati permisceri, igitur de primo ad ultimum, si caliditas intenditur, frigiditas intenditur. Quod fuit probandum.

Secundo ad idem arguitur sic, quia si forma posset intendi, maxime intenderetur per [n]ovae formae additionem priore manente cum posteriore penetrative et unitive, sed consequens est falsum, igitur illud, ex quo sequitur. Sequela patet, quia ali[a]s sequeretur qualitatem simpliciter esse indivisibilem quoad intensionem, et per consequens alteram alterationem non esse intensiorem, quod est falsum. Sed falsitas consequentis arguitur, quia si forma intenderetur per novae formae additionem et cetera, sequeretur quamlibet albedinem esse infinitae perfectionis, sed consequens est manifeste impossibile, igitur illud, ex quo sequitur. Sequela probatur et supposito, quod quaelibet albedo sit perfectior nigredine, pono, quod in A subiectum intendatur albedo a non gradu in hora per continuam novae albedinis

dinis additionẽ ⁊c.(vt dicis) ⁊ ſit albedo adequate in illa hora in a. ſubiectũ ꝓducta b. ⁊ arguo ſic b. cõtinet infinitas pfectiones non cõmunicantes vna certa perfectione maiores: igitur b. eſt infinite perfectionis. Conſequentia patet q: illud dicitur infinitũ: quod continet infinita vni certo equalia non cõmunicantia vel vno certo infinita nõ cõmunicantia maiora. Sed antecedens probaṫ: q: in qualibet parte ꝓportionali illiꝰ hore ꝓducta eſt in a ſubiectum ꝑte aliqua albedo manẽs cum precedenti. ⁊ quelibet albedo qualibet nigredine eſt ꝑfectior ex ſuppoſito ⁊ ſunt infinite partes ꝓportionales illiꝰ hore igiṫ b. tota albedo a. ſubiecti in fine hore continet infinitas perfectiones albedinis nõ cõicantes quacunqꝫ nigredine ſignata perfectiores quod fuit ꝓbandũ.

confirma°. ¶ Et confirmatur. quia dabilis eſt aliqua albedo non habẽs partes graduales (vt poſtea videbitur) igitur non quelibet qualitas eſt intenſa ad ſenſum tuum ⁊ ex hoc forma non intẽditur ꝑ noue forme additionem ⁊c. ¶ Item ſi forma intenditur per noue forme additionẽ ⁊c. ſequitur penetratio dimenſionum quod eſt contra phm̃ 4. phi. Sequela patet q: forma addita ⁊ forma ꝑexiſtens i corꝑe ſũt duo corpora: ⁊ per te i itenſione vniunṫ penetratiue igṫ

Tertio principaliṫ arguiṫ ſic q: ſi forma poſſet intendi: hoc maxime fieret per continuaꝫ alterius ⁊ alterius perfectioris forme ſucceſſionem ſed conſequens eſt falſum: igitur illud ex quo ſequitur. Sequela ꝓbatur: q: ſi forma poteſt intendi (cuꝫ ꝑ auctorẽ ſex principiorꝫ forma ſit ſimplex ⁊ ſimplici ⁊ in variabili eẽntia conſiſtens) non videtur quo aliomõ forma intenderetur Sed falſitas ꝯñtis oſtẽditur quia tunc ſequeretur caliditatem corrũpi ⁊ a nullo corrũpi. ſꝫ ꝯñs eſt falſum igṫ. Qꝫ ꝯñs ſit falſum patet: q: bene ſequitur. a. corrũpitur: ergo aliquid corrũpit a. a paſſiuo ad actiuũ ⁊c. ⁊ vltra. aliquid corrũpit a. ergo a. corrũpiṫ ab aliquo ab actiuo ad paſſiuum ⁊c. ⁊ ꝑ ꝯñs ſi a. corrũpiṫ a. corrumpitur ab aliquo quod fuit ꝓbandũ. Sequela tñ probaṫ: ⁊ pono ꝙ a. calido approximetur b. frigidũ potens agere in caliditatem ipſius a. per ſuam frigiditatem ⁊ incipiat b. agere in a. reagens in inſtanti quod eſt preſens per remotionem de preſenti: ⁊ arguo ſic. caliditas que mõ eſt in ipſo a. corrũpitur. ⁊ a nullo corrũpitur: igitur. Minor ꝓbatur. q: caliditas que modo ẽ i ipſo a non corumpitur a frigiditate q̃ modo eſt in ipſo b. cuꝫ eque cito deſinat eẽ ſicut caliditas que modo eſt in ipſo a. Nec caliditas que modo eſt in ipſo a. corrũpitur ab aliq̃ frigiditate ipſius b. ſequente: q: q̃libet ſequens producetur poſt corruptionẽ huius caliditatꝫ per tempus. igitur a nullo corrumpitur hec caliditas quod fuit probandum. ¶ Dices forte concedendo ſequelã cuꝫ

Dicitur. ꝯñte: ⁊ ad probationem falſitatis conſequentis negando illam ſequelam. ⁊ ad probationem admittẽdo caſum dices ꝙ caliditas illa corrumpitur a frigiditate que mõ eſt in ipſo b: Et ꝙ non eſt incõueniens ꝙ eque cito deſinant eſſe caliditas ⁊ frigiditas ⁊ tamen vna alteram corrnmpat ⁊ econtra.

Sed contra q: tunc ſeq̃reṫ in caſu naturaliter poſſibili aliquam caliditatem ab aliquo corrumpi ⁊ tamen nec corrumpi ab aliquo quod ẽ: nec ab aliquo quad fuit, nec quod erit, ꝯñs iplicat q: ſi ab aliquo corrumpitur. ab aliquo quod eſt vel fuit corrũpitur: vt conſtat logico. igitur ſolutio nulla Sequela probatur. ⁊ pono ꝙ b. frigidũ alicuius actiuitatis ⁊ a. calidũ tante reſiſtentie omnino ſint in debita diſtantia ad agendũ: ita ꝙ vtrũqꝫ ſit itra ſpheram actiuitatis alterius ⁊ incipiat frigiditas ipſius b. intendi per remotionẽ de pñti (vt oportet) ⁊ agere in caliditatem ipſius a. Quo poſito ſic argumentor caliditas ipſius a. corrũpiṫ: ⁊ hoc ab aliquo (per te) ⁊ tamen non corrumpitur ab aliquo qꝺ eſt: q: maxime a frigiditate que eſt in iſtãti quod eſt preſens in ipõ b. ſed hoc nõ: q: eſt equalis actiuitatis ſicut caliditas q̃ mõ eſt in ipſo a. reſiſtentie ex caſu Nec ab aliquo quod erit, q: quelibet frigiditas in b. q̃ poſt illaꝫ erit erit poſt illã ꝑ tempꝰ id eſt poſt corruptionẽ eiꝰ. Nec corrũpitur ab aliqno qꝺ fuit vt conſtat (impñtiarũ eñ de corrũpẽte ꝑticulari agitur) igitur illa caliditas corrumpitur ab aliquo quod non eſt nec fuit nec erit quod fuit probandum

¶ Dices igitur aliter ad argumentum cõcedendo ſequelam cũ ꝯñte. ⁊ ad ꝓbationẽ falſitatis ꝯñtis: cõcedo qꝺ infertur vcꝫ ꝙ caliditas corrũpitur ⁊ a nullo corrũpitur. ſed in caſu poſito illa caliditas corrũpitur a quibuſcũqꝫ infinitis frigiditatibꝰ ꝓductis in tp̃e verſus inſtans initiatiuũ actionis terminatis. Et ad ꝓbationem falſitatis huius ꝯñtis: dices negando iſtam ꝯñam a. corrũpiṫ ergo aliquid corrũpit a. Sed oportet iferre ergo aliquid vel aliqua corrumpunt a. qꝺ concedo. ¶ Ex quo ſequitur ꝙ aliquid corrũpitur: ⁊ tñ non p̃t determiari corruptiuũ eiꝰ ꝑticulare. ¶ Sequitur ſcꝺo ꝙ a. caliditas corrũpiṫ ab infinitis frigiditatibus: ⁊ tamẽ nõ ab infinitis frigiditatibꝰ a. corrũpitur. Patet q: nec a duabus nec a tribus: nec a. 100. nec a. 1000. vt patꝫ intuenti. Nã quelibet due: tres: 100. ⁊ quelibet mille frigiditates ꝓduceṅṫ poſt corruptionẽ illiꝰ caliditatis.

Dicitur.

1. correl.

2. correl.

Sed contra quia eodem pacto ſequeretur ꝙ aliq̃d generareṫ ⁊ nõ ab aliquo: ſed ꝯñs videtur falſum cum cuiuſlibet entis ꝓducti ꝓductiõe naturali ſit cã ꝑticularis ꝓductiua: igitur ſolutio nulla. Sequela ꝓbaṫ ⁊ pono ꝙ aliq̃ aq̃ reagens caleſiat a ſuppoſito igne ⁊ capio caliditatẽ exñtem in aqua i d. inſtanti ⁊ arguo ſic. hec caliditas nõ eſt producta ab aliq̃ caliditate ignis que prefuit ante d. inſtans: nec a caliditate ignis q̃ erit poſt d. inſtãs vt patet ex dictis nec a caliditate ignis que ꝓduciṫ ſimul cũ hac caliditate in d. inſtanti. igiṫ hec caliditas aq̃ a nullo eſt ꝓducta quod fuit ꝓbandõ. Minor probatur q: ſi hec caliditas aq̃ ꝓduciṫ a caliditate ignis que ꝓducitur ſimul cum hac caliditate aque i d. inſtanti: caliditas ignis que ꝓducitur ſimul cum hac caliditate aque in d. inſtanti: ꝓducitur ab eadẽ caliditate aq̃ eadẽ ratione: ⁊ ſic ſequiṫ ꝙ caliditas illa ignis eſt cauſa ⁊ effectus reſpectu eiuſdem puta caliditas aque in eodẽ genere cauſe puta efficientis. ſed hoc iplicat cum ipoſſibile ſit idem eẽ natura prius altero ⁊ eodem eſſe natura poſterius: igitur illa caliditas nõ ꝓducitur a caliditate ignis que ſimul ꝓducitur cũ ea in d. inſtanti quod fuit ꝓbãduꝫ Nec valet dicere ꝙ caliditas ignis non ꝓducitur in illo caſu a caliditate aque in eodẽ inſtanti: ſed a frigiditate aque: ⁊ ꝙ vnũ contrariorꝫ per ſe producit reliquũ tanq̃ terminũ nõ vltimate intentũ: ⁊ ꝙ minus perfectũ pleruq̃ꝫ ꝓducit perfectũ vt cũ frigiditas vt. 6. agit in caliditatẽ vt. 8. vel minorẽ eã remittendo q: ſequitur bene frigiditas q̃ ẽ in aqua in d. inſtanti ꝓducit caliditatẽ ignis in eodẽ inſtanti: et caliditas ignis in eodẽ d. inſtanti ꝓducit frigiditatẽ que eſt in aqua in eodem inſtanti: igiṫ caliditas ignis in d. inſtanti eſt cauſa ⁊ effectus reſpectu eiuſdẽ puta frigiditatis exiſtentis in aqua pro eodẽ inſtanti in eodem genere cauſe efficientis: quod inter

additionem et cetera, (ut dictis), et sit albedo adaequate in illa hora in A subiectum producta B, et arguo sic: B continet infinitas perfectiones non communicantes una certa perfectione maiores, igitur B est infinitae perfectionis. Consequentia patet, quia illud dicitur infinitum, quod continet infinita uni certo aequalia non communicantia vel uno certo infinita non communicantia maiora. Sed antecedens probatur, quia in qualibet parte proportionali illius horae producta est in A subiectum per te aliqua albedo manens cum praecedenti, et quaelibet albedo qualibet nigredine est perfectior ex supposit[]o, et sunt infinitae partes proportionales illius horae, igitur B tota albedo A subiecti in fine horae continet infinitas perfectiones albedinis non conicantes quacumque nigredine signata perfectiores. Quod fuit probandum. ¶ Et confirmatur, quia dabilis est aliqua albedo non habens partes graduales, (ut postea videbitur), igitur non quaelibet qualitas est intensa ad sensum tuum, et ex hoc forma non intenditur per novae formae additionem et cetera. ¶ Item si forma intenditur per novae formae additionem et cetera, sequitur penetratio dimensionum, quod est contra philosophum 4. phy[sicis]. Sequela patet, quia forma addita et forma praeexistentens in corpore sunt duo corpora, et per te in intensione uniuntur penetrative, igitur.

Tertio principaliter arguitur sic, quia si forma posset intendi, hoc maxime fieret per continuam alterius et alterius perfectioris formae successionem, sed consequens est falsum, igitur illud, ex quo sequitur. Sequela probatur, quia si forma potest intendi, (cum per auctorem sex principiorum forma sit simplex et simplici et in variabili essentia consistens), non videtur, quo alio modo forma intenderetur. Sed falsitas consequentis ostenditur, quia tunc sequeretur caliditatem corrumpi et a nullo corrumpi. Sed consequens est falsum. Igitur. [Quod] consequens sit falsum, patet, quia bene sequitur: A corrumpitur, ergo aliquid corrumpit A a passivo ad activum et cetera, et ultra aliquid corrumpit A, ergo A corrumpitur ab aliquo ab activo ad passivum et cetera, et per consequens si A corrumpitur A corrumpitur ab aliquo. Quod fuit probandum. Sequela tamen probatur, et pono, quod A calido approximetur B frigidum potens agere in caliditatem ipsius A per suam frigiditatem, et incipiat B agere in A reagens in instanti, quod est praesens, per remotionem de praesenti, et arguo sic: caliditas, quae modo est in ipso A, corrumpitur et a nullo corrumpitur. Igitur. Minor probatur, quia caliditas, quae modo est in ipso A, non corumpitur a frigiditate, quae modo est in ipso B, cum aeque cito desinat esse sicut caliditas, quae modo est in ipso A. Nec caliditas, quae modo est in ipso A, corrumpitur ab aliqua frigiditate ipsius B sequente, quia quaelibet sequens producetur post corruptionem huius caliditatis per tempus. Igitur a nullo corrumpitur haec caliditas. Quod fuit probandum. ¶ Dices forte concedendo sequelam cum consequente et ad probationem falsitatis consequentis negando illam sequelam, et ad probationem admittendo casum dices, quod caliditas illa corrumpitur a frigiditate, quae modo est in ipso B, et quod non est inconveniens, quod aeque cito desinant esse caliditas et frigiditas, et tamen una alteram corrnmpat et econtra.

Sed contra, quia tunc sequeretur in casu naturaliter possibili aliquam caliditatem ab aliquo corrumpi, et tamen nec corrumpi ab aliquo, quod est, nec ab aliquo, qu[o]d fuit, nec, quod erit. Consequens implicat, quia si ab aliquo corrumpitur, ab aliquo, quod est vel fuit, corrumpitur, ut constat logico, igitur solutio nulla. Sequela probatur: et pono, quod B frigidum alicuius activitatis et A calidum tantae resistentiae omnino sint in debita distantia ad agendum, ita quod utrumque sit intra | sphaeram activitatis alterius, et incipiat frigiditas ipsius B intendi per remotionem de praesenti – ut oportet – et agere in caliditatem ipsius A. Quo posito sic argumentor: caliditas ipsius A carrumpitur, et hoc ab a[l]iquo (per te), et tamen non corrumpitur ab aliquo, quod est, quia maxime a frigiditate, quae est in instanti, quod est praesens in ipso B, sed hoc non, quia est aequalis activitatis sicut caliditas, quae modo est in ipso A resistentiae ex casu. Nec ab aliquo, quod erit, quia quaelibet frigiditas in B, quae post illam erit, erit post illam per tempus, id est post corruptionem eius. Nec corrumpitur ab aliq[u]o, quod fuit, ut constat, (impraesentiarum enim de corrumpente particulari agitur), igitur illa caliditas corrumpitur ab aliquo, quo non est nec fuit nec erit. Quod fuit probandum. ¶ Dices igitur aliter ad argumentum concedendo sequelam cum consequente, et ad probationem falsitatis consequentis concedo, quod infertur, videlicet quod caliditas corrumpitur et a nullo corrumpitur. Sed in casu posito illa caliditas corrumpitur a quibuscumque infinitis frigiditatibus productis in tempore versus instans initiativum actionis terminatis. Et ad probationem falsitatis huius consequentis dicas negando istam consequentiam: A corrumpitur, ergo aliquid corrumpit A. Sed oportet inferre, ergo aliquid vel aliqua corrumpunt A, quod concedo. ¶ Ex quo sequitur, quod aliquid corrumpitur, et tamen non potest determiniri corruptivum eius particulare. ¶ Sequitur secundo, quod A caliditas corrumpitur ab infinitis frigiditatibus, et tamen non ab infinitis frigiditatibus A corrumpitur. Patet, quia nec a duabus nec a tribus, nec a 100 nec a 1000, ut patet intuenti. Nam quaelibet duae, tres, 100 et quaelibet mille frigiditatis produceutur post corruptionem illius caliditatis.

Sed contra, quia eodem pacto sequeretur, quod aliquid generaretur et non ab aliquo, sed consequens videtur falsum, cum cuiuslibet entis producti productione naturali sit ca[usa] particularis productiva, igitur solutio nulla. Sequela probatur: et pono, quod aliqua aqua reagens calefiat a supposit[]o igne, et capio caliditatem existentem in aqua in D instanti, et arguo sic: haec caliditas non est producta ab aliqua caliditate ignis, quae praefuit ante D instans, nec a caliditate ignis, quae erit post D instans, ut patet ex dictis, nec a caliditate ignis, quae producitur simul cum hac caliditate in D i[n]stanti. Igitur haec caliditas aquae a nullo est producta, quod fuit proband[u]m. Minor probatur, quia si haec caliditas aquae producitur a caliditate ignis, quae producitur simul cum hac caliditate aque in D instanti, caliditas ignis, quae producitur simul cum hac caliditate aquae in D instanti, producitur ab eadem caliditate aquae eadem ratio[n]e, et sic sequitur, quod caliditas illa ignis est causa et effectus respectu eiusdem, puta caliditas aquae in eodem genere causae, puta efficientis. Sed hoc implicat, cum impossibile sit idem esse natura prius altero et eodem esse natura posterius, igitur illa caliditas non producitur a caliditate ignis, quae simul producitur cum ea in D instanti. Quod fuit probandum. Nec valet dicere, quod caliditas ignis non producitur in illo casu a caliditate aquae in eodem instanti, sed a frigiditate aquae, et quod unum contrariorum per se producit reliquum tanquam terminum non ultimate intentum, et quod minus perfectum plerumque producit perfectum, ut cum frigiditas ut 6 agit in caliditatem ut 8 vel minorem eam remittendo, quia sequitur bene frigiditas, quae est in aqua in D instanti producit caliditatem ignis in eodem instanti, et caliditas ignis in eodem D instanti, igitur caliditas ignis in D instanti est causa et effectus respectu eiusdem, puta frigiditatis existentis in aqua pro eodem instanti in eodem genere causae efficientis, quod intendebam.

debam: ¶ Et confirmaẗ qꝛ ſi intenſio fieret per con tinuā alteri⁹ ꝛ alteri⁹ forme perfectioris ſucceſſio- nē: ſequereẗ ꝙ vnū lumē corrūperet aliud lumē: ſed ꝯñs eſt falſum: igitur illud ex quo ſequiẗ. Sequela ꝓbaẗ ꝛ pono caſum ꝙ corp⁹ luminoſū vt. 4. illumi- net aliquod mediū: ꝛ adueniat luminoſū vt octo lu mē illi⁹ medii itēdēs. Quo poſito arguiẗ ſic lumen ꝓductū a corpore luminoſo vt. 4. corrūpiẗ: ꝛ nō ni ſi a lumie ꝓducto a luminoſo vt. 8. igiẗ. Ꝯñs ꝓbaẗ quia ſi non corrūpitur (cū lumen illud intendaẗ ex caſu) iā ſequēs lumē manet cū precedente: ꝛ per con ſeq̄ns intenſio non fit per continuam alterius ꝛ al terius forme ꝑfectioris ſucceſſionem qḋ fuit ꝓban
Dicitur. dū. ¶ Dices forte cū auctore huius opinationis cō- cedendo qḋ infertur, vel ſaltē ꝙ vnū lumioſum de- ſtruit lumen alterius.

**Sed contra quia in medio illumina-** to adueniente alio luminoſo vt octo percipim⁹ lu- men perfecti⁹ ꝛ maius q̄ ſit lumen luminoſi vt octo igitur lumē ꝓductū a luminoſo vt. 4. non corrūpiẗ ſed manet cū lumine ꝓducto a lūinoſo vt octo.
Dicitur. ¶ Dices negando ꝯñam, ymo corrūpitur lumē pro ductū a luminoſo vt. 4. ꝛ ꝓduciẗ ꝑfectius ꝛ intenſi⁹ lumen q̄ lumē corporis luminoſi vt octo. (hoc eſt q̄ per ſe ꝓduceret luminoſū vt octo) a duob⁹ illis cor poribus luminoſis ꝛ a neutro illorum.

**Sed contra qꝛ in illo caſu ſūt due vm-** bre duorum corporum luminoſorum: igitur ibi ſūt duo lumina remiſſa: ꝛ ꝑ ꝯñs adueniente vno lumi- ne aliō nō corrūpitur. Patet qꝛ vtraq; vmbrarū ē lumē diminutiuū. ¶ Dices ꝛ bene negando ꝯñaʒ qꝛ vtraq; illaꝝ vmbraꝝ eſt lumē diminutuʒ qḋ ab vno
Dicitur. luminoſo per ſe tantum ꝓduciẗ ymaginandum eſt enī ꝙ qñ opacū opponitur luminoſo: tunc totuʒ lu men ꝓductū ab illo i medio in quo fit vmbra corrū pitur. ꝛ ſi ex parte oppoſita luminoſo ſit aliud cor- pus luminoſum: ꝛ corpus opacū interponaẗ illis lu minoſis: etiā lumē eiuſdē lumioſi corrūpiẗ. In vtro q; tamen medio in quo cauſatur vmbra producitur lumē diminutū ab vno tm̄ lūioſo: (diminutū inquā ꝛ remiſſius q̄ in medio vbi non cauſatur vmbra) eo ꝙ in medio vbi cauſatur vmbra vnum luminoſum alterum non iuuat.

**Sed contra: quia ſi ſolutio eſſet bona** ſequeretur ꝙ quantulūcūq; paruū luminoſum cor rūperet lumē ꝓductū a quantocūq; lūinoſo itenſio ri: ſed ꝯñs eſt falſum igẗ illḋ ex quo ſequitur. Falſi- tas ꝯñtis pʒ: qꝛ tūc corpus luminoſū nullius eēt v̄- tutis in conſeruando: ꝛ nullius virtutis reſiſtiue in reſiſtendo corrūpēti effectū ſuū: cū quacūq; reſiſten tia alicuius luminoſi ſignata luminoſum minoris actiuitatis ſuū lumē ſufficeret corrūpere per te. Sʒ ſeq̄la ꝓbaẗ: qꝛ dato quātocūq; corpore luminoſo: lumen ei⁹ maioraẗ per te adueniente lūinoſo quan tūcūq; paruo: igiẗ quātulūcūq; paruū luminoſum
Cōfirmaº: ſcḋa. corrūpit lumē ꝓductū a quātocūq; luminoſo inten ſiori. Patet conſequentia ex poſitiōe. ¶ Confirma tur ſcḋo qꝛ ſi intenſio fieret iſto modo, ſeq̄reẗ nullā intē- ſionē eſſe motū: nec eſſe poſſe. ꝛ ꝑ ꝯñs ad q̄litatē non
phſis. 3. phi. poſſet eē mot⁹ qḋ eſt impoſſibile ꝛ cōtra phm̄ tertio phiſicoꝝ. Sequela ꝓbaẗ: qꝛ qñ ſubiectū intenditur: nulla q̄litas durat niſi per inſtans: ergo illa talis non acquiritur per motum. Nichil enim quod acquiritur indiuiſibiliter: acquiritur per motum. Nec valet dicere ꝙ illa qualitas acq̄ritur ꝑ motū infinitarū qualitatū p̄cedētiū: qꝛ tales nō compo- nunt nec compoſuerunt vnam qualitatē per te: nec fuerunt cōtinue: igiẗ eaꝝ nō potuit eſſe vnus motus potius q̄ vnius hominis ꝛ vnius equi.

**Quarto principaliter arguiẗ ſic quia** ſi forma poſſet intendi: hoc maxime eſſet per maio- rem ꝛ maiorem radicationē in ſubiecto. ſʒ ꝯñs ē fal ſum: igitur illud ex quo ſequitur. Sequela patʒ iux ta ponētes illā opinionē. Sed falſitas conſequētis arguiẗ. qꝛ vel quando forma intenditur aliq̄d ꝓdu citur in ea vel in ſubiecto eius vel nihil. ſi ſecunduʒ ſequitur ꝙ ipſa non intēditur vel efficitur perfecti⁹ ut conſtat. Si primū: vel illud eſt eiuſdem ſpeciei cū forma vel nō ſi eſt eiuſdeʒ ſpeciei: iā ſequitur ꝙ duo accidentia eiuſdē ſpeciei eſſent i eodem ſubiecto qḋ eſt contra phm̄ quinto methaphiſices ꝛ contra te- nentes hanc poſitionem. Item iam tunc fieret ꝑ ad ditionem ꝛ non per maiorem radicationē qḋ eſt cō tra opinantes. Si eſt alterius ſpeciei: iaʒ ſequitur ꝙ illa forma ꝑꝑ ꝓductionē illi⁹ nō efficitur ꝑfectior nec intenſior. Probaẗ ſequela qꝛ alias pari ratio ne diceretur ꝙ propẗ ꝓductionē albedinis in lacte dulcedo efficereẗ ꝑfectior ꝛ intenſior: qḋ nemo com pos mētis diceret. Relinq̄tur ergo ꝙ forma nō intē ditur ꝑ maiorem radicationem in ſubiecto.
¶ Dices ꝛ bñ ſecundū hanc opinionē q̄ eſt beati tho me concedendo illatum: ꝛ negando falſitatem ꝯñtꝭ
ꝛ ad ꝓbatū ꝓbationis: dices intenſionē fieri ꝑ ꝓdu ctionē alicuius alterius tertii alterius ſpeciei a for ma. ꝛ cum ꝓbaẗ ꝙ non qꝛ tunc pari ratione dulce- do in lacte intendereẗ ꝑ productionem albedinis: Negatur illud. Non enī eſt ſimile: qꝛ per ꝓductio- nem albedinis dulcedo nō habet ꝑfectius eſſe q̄ an tea. Quando vero forma intenditur ipſa continuo habet perfectius ꝛ ꝑfectius eē. Quod quidē eſſe nō eſt pars eius: nec eiuſdē ſpeciei cum illa. ſed ei acci- dit ymaginatur enī hec opinio quālibet formā ꝛ qḋ libet cōpoſitum, habere eē ꝛ eēntiam. Et quamuis vna forma nō poteſt eſſe ꝑfectior altera eiuſdē ſpe- ciei eēntialiter: tñ efficitur ꝑfectior accidētaliter et intenſior per acq̄ſitionē ꝑfectioris ꝛ perfectioris eē. Dicitur.

**Sed contra quia illud eſſe forme acci** dentalis eſt accñs. ꝛ cōtinuo per te efficiẗ illud eſſe ꝑ fectius qñ forma accidentalis intendiẗ: ergo ſequiẗ ꝙ ipſum eſſe intenditur. ꝛ nō ꝑ additionē ſecundum hanc opinionem ergo fit per acquiſitionē ꝑfectio- ris eſſe ipſi eſſe qḋ eſt falſum cum ſic eēt ꝓceſſus i in finitū in differentibus ſpecie cū aliqua forma inten ditur. ¶ Dices ꝛ bñ concedendo maiorem: ꝛ negan- do minorem. qꝛ quāuis forma quando intendiẗ ha bet continuo perfectius ꝛ ꝑfectius eſſe: non tñ aliqḋ Dicitur.
tale eē efficitur intenſius qꝛ nullū illorū manet niſi ꝑ inſtans in tp̄e intenſionis. Quare eē non intendi tur: ſed bene eſt illud quo forma accñtalis intēdiẗ.

**Sed contra: quia ſi forma intenditur** ꝑ conti[illegible]ā acquiſitionē alterius ꝛ alteri⁹ eē ꝑfectio ris: ſequitur ꝙ in quātulocūq; paruo tp̄e intēſiōis inf[illegible]te entitates ꝓducūẗ a forma intendēte qḋ eſt impoſſibile: qꝛ v̄tus creata ꝛ finita nō p̄t produce- re infinita [illegible] ore finito. infinita quidē quorum quodlibet v[illegible] ſignato ſit ꝑfecti⁹. ¶ Et ꝯfirmatur Cōfirmaº.
qꝛ tunc ſeq̄rreẗ ꝙ forma intenſior haberet eſſe al- terius ſpeciei ab eē forme min⁹ intenſe qḋ eſt falſuʒ Sequela ꝓbaẗ qꝛ eē albedinis intenſioris eſt perfe ctius eē albedinis remiſſioris (ꝑ te) igitur eſt alteri us ſpeciei. Nec valet dicere ꝙ ē ꝑfecti⁹ nō tñ eēntia- liter ſed accidentaliter qꝛ tūc ſequeretur ꝙ poſſʒ ef- fici eē remiſſioris albedinis ita ꝑfectū ſicut eē inten ſioris, ꝛ hoc non niſi per intenſioneʒ: ergo ſequitur

¶ Et confirmatur, quia si intensio fieret per continuam alterius et alterius formae perfectioris successionem, sequeretur, quod unum lumen corrumperet aliud lumen, sed consequens est falsum, igitur illud, ex quo sequitur. Sequela probatur: et pono casum corpus luminosum ut 4 illuminet aliquod medium, et adveniat luminosum ut octo lumen illius medii intendens. Quo posito arguitur s[i]c: lumen productum a corpore luminoso ut 4 corrumpitur, et non, nisi a lumine producto a luminoso ut 8. Igitur. Antecedens probatur, quia si non corrumpitur, (cum lumen illud intendatur ex casu), tam sequens lumen manet cum praecedente, et per consequens intensio non fit per continuam alterius et alterius formae perfectioris successionem. Quod fuit probandum. ¶ Dices forte cum auctore huius opinationis concedendo, quod infertur, vel saltem, quod unum luminosum destruit lumen alterius.

Sed contra, quia in medio illuminato adveniente alio luminoso ut octo percipimus lumen perfectius et maius, quam sit lumen luminosi ut octo, igitur lumen productum a luminoso ut 4 non corrumpitur, sed manet cum lumine producto a luminoso ut octo.

¶ Dices negando consequentiam, immo corrumpitur lumen productum a luminoso ut 4, et producitur perfectius et intensius lumen quam lumen corporis luminosi ut octo – hoc est, quam per se produceret luminosum ut octo – a duobus illis corporibus luminosis et a neutro illorum.

Sed contra, quia in illo casu sunt duae umbrae duorum corporum luminosorum, igitur ibi sunt duo lumina remissa, et per consequens adveniente uno lumine aliud non corrumpitur. Patet, quia utraque umbrarum est lumen diminutivum. ¶ Dices et bene negando consequentiam, quia utraque illarum umbrarum est lumen diminutum, quod ab uno luminoso per se tantum producitur. Imaginandum est enim, quod quando opacum opponitur luminoso, tunc totum lumen productum ab illo in medio, in quo sit umbra, corrumpitur. Et si ex parte opposita luminoso sit aliud corpus luminosum, et corpus opacum interponatur illis luminosis, etiam lumen eiusdem luminosi corrumpitur. In utroque tamen medio, in quo causatur umbra, producitur lumen diminutum ab uno tantum luminoso, (diminutum – inquam – et remissius quam in medio, ubi non causatur umbra) eo, quod in medio, ubi causatur umbra, unum luminosum alterum non iuvat.

Sed contra, quia si solutio esset bona, sequeretur, quod quantulumcumque parvum luminosum corrumperet lumen productum a quantocumque luminoso intensiori, sed consequens est falsum, igitur illud, ex quo sequitur. Falsitas consequentis patet, quia tunc corpus luminosum nullius esse[]t virtutis in conservando, et nullius virtutis resistivae in resistendo corrumpenti effectum suum, cum quacumque resistentia alicuius luminosi signata luminosum minoris activitatis suum lumen sufficeret corrumpere per te. Sed sequela probatur, quia dato quantocumque corpore luminoso lumen eius maioratur per te adveniente luminoso quantumcumque parvo, igitur quantulumcumque parvum luminosum corrumpit lumen productum a quantocumque luminoso intensiori. Patet consequentia ex positione. ¶ Confirmatur secundo, quia si intensio fieret eo modo, sequeretur nullam intensionem esse motum nec esse posse. Et per consequens ad qualitatem non posset esse motus, quod est impossibile et contra philosophum tertio physicorum. Sequela probatur, quia quando subiectum intenditur, nulla qualitas durat, nisi per instans, ergo illa talis non acquiritur per motum. Nihil enim, quod acquiritur indivisibiliter, acquiritur per motum. Nec valet dicere, quod illa qualitas acquiritur per motum infinitarum qualitatum praecedentium, quia tales non componunt nec composuerunt unam qualitatem per te nec | fuerunt continuae, igitur earum non potuit esse unus motus potius quam unius hominis et unius equi.

Quarto principaliter arguitur sic, quia si forma posset intendi, hoc maxime esset per maiorem et maiorem radicationem in subiecto, sed consequens est falsum, igitur illud, ex quo sequitur. Sequela patet iuxta ponentes illam opinionem. Sed falsitas consequentis arguitur, quia vel quando forma intenditur, aliquid producitur in ea vel in subiecto eius vel nihil, si secundum, sequitur, quod ipsa non intenditur vel efficitur perfectius, ut constat. Si primum, vel illud est eiusdem speciei cum forma vel non, si est eiusdem speciei, iam sequitur, quod duo accidentia eiusdem speciei essent in eodem subiecto, quod est contra philosophum quinto metaphysices et contra tenentes hanc positionem. Item iam tunc fieret per additionem et non per maiorem radicationem, quod est contra opinantes. Si est alterius speciei, iam sequitur, quod illa forma propter productionem illius non efficitur perfectior nec intensior. Probatur sequela, quia alias pari ratione diceretur, quod propter productionem albedinis in lacte dulce[n]do efficiretur perfectior et intensior, quod nemo compos mentis diceret. Relinquitur ergo, quod forma non intenditur per maiorem radicationem in subiecto.

¶ Dices et bene secundum hanc opinionem, quae est beati Thomae concedendo illatum et negando falsitatem consequentis, et ad punctum probationis dices intensionem fieri per productionem alicuius alterius tertii alterius speciei a forma, et cum probatur, quod non, quia tunc pari ratione dulcedo in lacte intenderetur per productionem albedinis, Negatur illud. Non enim est simile, quia per productionem albedinis dulcedo non habet perfectius esse quam antea. Quando vero forma intenditur, ipsa continuo habet perfectius et perfectius esse. Quod quidem esse non est pars eius nec eiusdem speciei cum illa, sed ei accidit. Imaginatur enim haec opinio quamlibet formam et quodlibet compositum habere esse et essentiam. Et quamvis una forma non potest esse perfectior altera eiusdem speciei essentialiter, tamen efficitur perfectior accidentaliter et intensior per acquisitionem perfectioris et perfectioris esse.

Sed contra, quia illud esse formae accidentalis est accidens, et continuo per te efficitur illud esse perfectius, quando forma accidentalis intenditur, ergo sequitur, quod ipsum esse intenditur et non per additionem secundum hanc opinionem, ergo fit per acquisitionem perfectioris esse ipsi esse, quod est falsum, cum sic esset processus in infinitum in differentibus specie[i], cum aliqua forma intenditur. ¶ Dices et bene concedendo maiorem et negando minorem, quia quamvis forma, quando intenditur, habet continuo perfectiius et perfectius esse, non tamen aliquod tale esse efficitur intensius, quia nullum illorum manet, nisi per instans in tempore intensionis. Quare esse non intenditur, sed bene est illud, quo forma accidentalis intenditur.

Sed contra, quia si forma intenditur per continuam acquisitionem alterius et alterius esse perfectioris, sequitur, quod in quantulocumque parvo tempore intensionis infinitae entitates producuntur a forma intendente, quod est impossibile, quia virtus creata et fi[n]ita non potest producere infinita in tempore finito, infinita quidem, quorum quodlibet uno signato sit perfectius. ¶ Et confirmatur, quia tunc sequeretur, quod forma intensior haberet esse alterius speciei ab esse formae minus intensae, quod est falsum. Sequela probatur, quod esse albedinis intensioris est perfectius esse albedinis remissioris (per te), igitur est alterius speciei. Nec valet dicere, quod est perfectius non tamen essentialiter, sed accidentaliter, quia tunc sequeretur, quod posse[t] effici esse remissioris albedinis ita perfectum sicut esse intensioris, et hoc non nisi per intensionem, ergo sequitur,

ꝙ ipſum eē poſſet intendi qđ ē contra opinionem et
paulo ante improbatū. Nec valꝫ iterū dicere ꝙ vnū
eē eſt perfectius altero accidentaliter: ⁊ non pt eē ꝑ
fectius. qꝛ tūc ſequeretur ꝙ darenť aliq̄ duo eiuſdē
ſpeciei quoꝝ vnū per nullā poñam poſſet eē ita pſe
ctū accidentalit ſicut reliquū ⁊ quorū neutrū poſſꝫ
eē minus perfectū accidētalit ꝙ ſit nec magꝫ. quod
eſt manifeſte falſum Si enī ſic eēt: iā illa pfectio nō
confirma ſcđa — eēt ei accidentalis. ¶ Confirmať ſcđo. quia tunc ſeq̄
retur ꝙ dabilis eēt albedo infinite remiſſionis: ſed
ꝯñs eſt falſū igiť illud ex quo ſequiť. Sequela ꝓba
tur ⁊ pono ꝙ cū albedo remittiť ad nō gradū in in
ſtanti terminatiuo remiſſionis conſeruet deus albe
dinem non cōcurrendo ad ꝓductionē alicuiꝰ eiꝰ eſſe
in ipſam vel ſuum ſubiectū: Quo poſito iam ipſa
albedo erit infinite remiſſionis vel nullius intenſio
nis quod idem eſt: igitur.
¶ In opoſitum tamen eſt communis ſcola philoſo
phorum.

**Pro ſolutione huius queſtionis tres**
erunt articuli. in primo ponentur notabilia ex qui
bus patebit concluſio reſponſiua ad queſitū. in ſe
cundo diſſoluentur quedā dubia huic materie anne
xa. in tertio ſoluentur rationes ante oppoſitum

**Pro primi expeditione notandum eſt**
quotuplex ſit forma: ⁊ quid intenſio: ⁊ quomō ſit in
tenſio. Unde quadruplex eſt forma: intenſa tm̄ vel
extenſa tm̄: intenſa ⁊ extenſa ſimul: ⁊ nec itēſa nec
extenſa. Sed tu aduerte ꝓ declaratione terminorū
huiꝰ diuiſionis ⁊ eorum que ꝯſiter dicētur in ſequē
tibus: triplicē eſſe opinionē de formarum intenſio
opio nominaliū. — ne: Quedā eſt opinio ſcoti in ſecundo ſententiarū
Et oīm noīaliū: que conſiſtit in hac ꝓpoſitione. For
ma intenditur per additionē gradus ad gradū: nul
laq̄ forma eſt intenſa niſi in ea plures partes ſe pe
netrēt vnitiue: vt cū aliquid caleſit in aliqua parte
temporis priori introduciť aliqua caliditas in illō
quod caleſit: ⁊ in parte poſteriori temporis intro
ducitur aliqua alia que preexiſtentē penetrat ⁊ cuꝫ
ea vnitur, ⁊ vnam qualitatē intenſiorē ꝯſtituit. Hec
poſitio in ſequenti notabili amplius declarabitur
opinio burlei — Alia eſt opinio burlei ⁊ ſuorum ſequaciū que ī hac
ꝓpoſitione conſiſtit. Nulla forma habet partes ſe
penetrantes vnitiue. Imo quelibet eſt indiuiſibilis
gradualiter. Quapropť cōcedit ipſe burleus, nul
lā qualitatē eē intenſam: quāuis ſubiectū cui inhe
ret intenſum denominet. Ex quo infertur ꝙ ſm hāc
opinionē duo membra illius diuiſionis ꝓpoſite ſūt
reiicienda. Nec ſm hanc opinionē ſunt diffiniēda
Hanc opinionē latius tertiū notabile declarabit.
opio bti thome — Tertia eſt opinio beati thome: que in tali ꝓpoſitio
ne conſiſtit. Nulla forma intenditur ꝑ additionē p
tis ad partē in eodem ſitu penetratiue ⁊ vnitiue: ſꝫ
dūtaxat intenditur per maiorē radicationē in ſub
iecto. Quid aūt ſit illa radicatio. quartū notabile
explicabit. Et ſecundū hanc tertiā ⁊ primā opinio
nes diuerſimode diffinienda eſt forma intenſa: ⁊ ēt
ſm opio nē noiali um q̄d forma itēſa — ipſius forme intenſio. Secundū primaꝫ opinionem
forma intenſa eſt illa que habet plures gradus ſiue
partes eiuſdem ſpeciei cum ipſa penetratiue ⁊ vni
tiue: quoꝝ graduū quelibet pars habet plures gra
dus penetratiue ⁊ vnitiue. Gradus aūt eſt certa por
tio ſiue pars qualitatis intenſe ex qua cū alia vni
tiue ⁊ penetratiue ſe habentibus nata eſt conſtitui q̄
litas intenſior. Aliqñ tñ capiť gradus ꝓ ipſa tota
li qualitate: ſicut capiť cū dicimꝰ: pono ꝙ in ſubiec
to pedale ſit gradus ſummus caliditatis. Unde la
titudo qualitatis idem eſt quod ipſa qualitas intē
ſa. Realis tñ diceret ꝙ gradus eſt quoddā indiuiſi
bile continuans partes intenſiuas qualitatis pene
tratiue ⁊ vnitiue ſe habentes. Et plerīq̄ noīales et
calculatores vtunť gradibus ſic ſūptis. Forte ꝓpť
breuiloquiū: cū dicunt: ſigneť pſictus in quo ſit gra
dus quartus ⁊c. Et hinc apparet quid ſit non gra
dus. Unde non gradus forme eſt priuatio talis for
me hoc eſt ſubiectū priuatū tali forma. Supponit
enī non gradꝰ alicuius forme pro ſubiecto cōnotan
do ꝙ priuetur tali forma. Forma igiť intenſa tm̄ ſm
hanc opinionē eſt forma intenſa cuius quelibet ps
cuilibet alteri cōtinuať penetratiue ⁊ vnitiue. Nec — q̄d fora i tēſa tm̄
ex hoc ſequiť quātitatē corporis chriſti in ſacramē
to altaris (eſto ꝙ diſtinguať ipſa quātitas a re quā
ta) eē formā intenſā tm̄. Quāuis ei quelibꝫ pars eiꝰ
quālibet aliā penetret: nō tñ cuilibet vniť. Et ſi enim
ibi ſm ſcotū nō ſit diſtātia ſituationis: eſt tamē di
ſtantia continuationis. Hanc diſtantiā ꝯtinuatio
nis appellat ſcotus poſitionē que eſt dnſa quātita
tis: ſine qua quātitas non poteſt eē: in. 4. ſen: diſ: 10:
q. prima. Forma aūt extenſa tm̄ eſt forma diuiſibi — ſcotꝰ i. 4. d. 10. q. i.
lis non intenſa: vt forma ſubſtantialis aſini. For — q̄d fora extēſa tm̄
ma vero intenſa ⁊ extenſa ſimul eſt illa q̄ habet plu
res gradus ſiue partes eiuſdē ſpeciei cū ipſa pene
tratiue ⁊ vnitiue: quoꝝ graduū quelibet pars ha — q̄d fora i tēſa et extenſa.
bet plures gradus penetratiue ⁊ vnitiue: ⁊ non que
libet pars illius forme cuilibet alteri vniť. vt albe
do caliditas: ⁊ vľr oīs qualitas permanens corpo
ralis. Forma aūt nō intenſa neq̄ extenſa eſt forma
indiuiſibilis ſimpľr. vt aīa rōalis. ¶ Ex diffinitiōe — q̄d fora nec itēſa nec extēſa.
forme intenſe ⁊ extenſe ſimul ſequitur ꝙ dabilis eſt
qualitas intenſa ⁊ extenſa cuius vna medietas ē ex
tenſa tantum. Probať eſto ꝙ in primo pedali vniꝰ
1. correl — bipedalis ponatur qualitas vniformiter intenſa vt
octo ⁊ in alia medietate ponatur qualitas eiuſdeꝫ
ſpeciei que priori vniať extenſiue: ⁊ illa ſit nulliꝰ in
tenſionis vt poſtea ꝓbabo eē poſſibile. Quo poſito
habetur veritas correlarii. ¶ Sequitur ſecundo ꝙ
2. correl. — aliq̄ q̄litas ē itēſa ⁊ vna eiꝰ medietas ē extēſa tm̄: re
liq̄ vo itēſa tm̄ (⁊ loq̄r de medietatibꝰ entitatis for
me). Probatur priori caſu retento hoc addito ꝙ tā
ta entitas ipſius fore ſit in pedali non intenſo quā
ta eſt in pedali intenſo. ⁊ reducatur qualitas exñs ī
pedali intenſo ad non quātū oībus partibus eius
ſe penetrantibus vnitiue. Quo poſito ſequitur cor
relarium. ¶ Sed ſecundū opinionē burlei forma ex
tenſa eodem mō definitur ſicut apud priorē opinio
nem: ⁊ ſiľr forma nec intenſa nec extenſa. ¶ Secun
dum vero opinionē beati thome forma intenſa tm̄
eſt forma indiuiſibilis extenſiue nata magis ⁊ ma
gis radicari in ſubiecto. vt ſcientia vtus ⁊c: Forma
vero extenſa tantum eſt forma diuiſibilis extēſiue
non nata magis ⁊ magis radicari in ſubiecto. vt
quantitas que a ſubiecto diſtinguitur ſecundū hāc
opinionē. paternitas: filiatio. ⁊ ſic de reſiduis for
mis non ſuſcipientibꝰ magis ⁊ minus. Forma intē
ſa ⁊ extenſa ſimul eſt forma nata per motuꝫ magis
⁊ magis radicari in ſubiecto habens parteꝫ extra
partē vt albedo caliditas ⁊c. Forma nec extēſa nec
intenſa ē forma ſubſtantialis indiuiſibilis. Eſt aūt
forma ſubſtantialis ex qua cum materia prima cō
ſtituiť ſubſtantia. Sed forma accidētalis eſt illa ex
qua ⁊ ſuo ſubiecto nō conſtituitur ſubſtantia ſꝫ ens
per accidens.

**Notandum eſt ſecundo ꝙ intenſio ca**
pitur dupliciter. Primo modo ꝓ alteratione me
diante qua qualitas acquiritur: ⁊ ſic loquendo: in
tenſio ē motꝰ de quo motu dictū eſt in q̄ſtiōe p̄cedēti

poteſt melius diſponi ſorte manente. Poteſt enim
mutari complexio ſortis fleugmatica i perfectiore3
complexionem puta ſanguineam que quidem com
plexio eſt accidens proprium ⁊ diſpoſitio per qua3
materia ſit apta ad formam ſuſcipiendam vt dicit
beatus thomas in. 4°. diſ. 44. q̄ſ. pria ar. primo in thō. 4. d. 44. q. p.
reſponſione ad quartum ⁊ hoc manente ſorte vt di
cunt medici ⁊ ſignanter conciliator differentia. 22.
igitur anima rationalis tūc perfectius eē acquiret
in illa materia magis diſpoſita ⁊ quia illa diſpoſi
tio fit ſucceſſiue ſequitur ꝙ anima rationalis ſuc
ceſſiue habebit perfectius ⁊ perfectius eē ⁊ per con
ſequens intendetur vt patet ex definitione intenſio
nis. ¶ Sed ad hoc diceret beatus thomas nō admit
tendo ꝙ complexio inata poſſit mutari in alteram ſolut ob iectio
meliorē/ aut peiore3 vt multi medicorum tenent nec
aliqua complexio mutata mutat eſſe ⁊ ſic ceſſat ar
gumentum. Nihilominus ſupernaturaliter loquen
do pono tale correlarium. ſecundum hanc viam id
eſt quod mihi videtur ſequi ex hac poſitione forma
ſubſtantialis poteſt intendi. Probatur quia ipſa
poteſt habere ꝑfectius ⁊ perfectius eē ſucceſſiue: igi
tur poteſt intendi. Patet conſequentia ex diffinitio
ne intenſionis. probatur antecedens ⁊ pono ꝙ de9
cōſeruet formā brunelli in materia ipſius brunelli:
⁊ diſponat continuo materiam ipſius brunelli ma
gis ⁊ magis. Quo poſito forma brunelli acquiret
continuo perfectius ⁊ perfectius eē: igitur intendet
Nec hoc ſolum ſequitur ad hanc poſitionē bti tho
me: ſed etiam ad pōnem noīalium. Unde ſecundum
illam poſitionē pono talē concluſione3. Forma ſub
ſtantialis corporea poteſt intendi. Probat q2 po
teſt habere plures gradus ſiue partes eiuſdem ſpe fora ſub ſtātial pt intendi
ciei cum ipſa penetratiue ⁊ vnitiue quorū graduum
quelibet pars habet plures gradus penetratiue et
vnitiue: igitur poteſt eſſe intenſa ⁊ intendi. Patet
ꝯña ex diffinitione: ⁊ probatur añs ⁊ capio vnā for
mā aſini pedalem ⁊ volo ꝙ in pria pte ꝓportionali
hore future vna medietas eius penetret alterā: ⁊
vniatur ei ſm penetrationē/ rarefiat tamen ſic ꝙ cō
tinuo maneat pedalis: ⁊ in ſecunda parte ꝓportio
nali iterū vna medietas illi9 forme penetret alterā
⁊ vniat ei ſm penetrationē ⁊ i tertia pte iterū vna
medietas penetret alteram: ⁊ ſic in infinitū: ⁊ mane
at ſic i inſtāti terminatiuo pedalis q̄litatis. Quo po
ſito ſequitur ꝙ illa forma aſini h3 plures gradus ſi
ue partes eiuſdē ſpecie cum ipſa penetratiue ⁊ vni
tiue ⁊c. igr ꝓpoſitū. Et hec breuiter ſufficiāt ꝓ decla
ratione opiōnis bti thome. Recurras ad plura in thō. 2. 2. capreol9
hac opinione vidēda ad ſcd̄am ſcd̄e queſ. 24. et ad
primū ſen: diſtinc. 17. ⁊ videas ibidē capreolū q̄ſtio
ne ſcd̄a ¶ Expeditis notabilibus ⁊ ex ꝯñti prima p
te q̄ſtionis: reſtat ad dubia deſcendamus.
¶ Dubitat primo. Utrū cuiuſlibet forme q̄ ſucceſſiue
acq̄rit dat primū inſtans ſui eſſe. ¶ Dubitat ſecūdo
Utrū id quod ſucceſſiue calefit vel aliq̄ qualitate q̄
lificat: ſucceſſiue incipit calefieri aut eē tale/ vel pōt
incipere eē tale. ¶ Dubitat tertio. Utrū aliq̄ res na
turalis pt naturalr ꝓceſſe ꝑ inſtans durare. ¶ Dubi
tat q̄rto. Utrū ꝓbabile ſit creatura nullo mō poſſe
agere in inſtanti. ¶ Dubitat quito. Utrū de9 pt ꝓdu
cere vnum angelū imediate poſt aliū: ⁊ quot imedi
ate poteſt producere.

**Ad primum dubium arguitur ꝙ non**

in subiecto. Et sic potest definiri secundum hanc positionem intensio formae, quod ipsa est continuo maior et maior radicatio in subiecto successiva, id est, intensio formae est continu[a] et successiva acquisitio perfectioris et perfectioris esse, in quantulumcumque enim parva intensione sive alteratione ipsa forma infinita esse acquirit in suo composito et deperdit, in quolibet enim instanti intrinseco intensionis habet perfectius et perfectius esse, quia hoc est suum intendi, et nunquam duo esse manent simul. Et eodem modo imaginandum est de corruptione et generatione istorum esse secundum hanc opinionem sicut de generatione et corruptione formae in motu alterationis secundum opinionem Burlei.

¶ Ex hac opinione sequitur primo, quod formam intendi non est ipsam aliquem gradum acquirere aut effici essentialiter perfectiorem, sed est ipsam continuo habere perfectius et perfectius esse, quod esse ab e[a] distinguitur. Hoc correlarium patet ex definitione intensionis. ¶ Sequitur secundo, quod nulla forma intensibilis successive producitur, sed subito, successive tamen intenditur. Non loquor de successiva productione secundum extensionem.

Patet hoc correlarium, quia ipsa non habet partes intensionales secundum, quas posset successive produci.

¶ Sequitur tertio, quod Socrates per primum actum suum meritorium meretur totam beatitudinem, quam habebit, et per sequentes actus meritorios solum meretur perfectius esse talis beatitudinis. Patet hoc correlarium, quia per sequentes actus Socrates intendit meritum, et per consequens continuo meretur habere beatitudinem sub perfectiori esse, sed totam essentiam beatitudinis per primum opus meritorium meruit. Et hoc est, quod voluit dicere Robertus Holkot in sua prima quaestione, quando dixit, quod primus actus meritorius est longe magis meritorius quam aliquis sequens, quantumcumque perfectus sit, quia per nullum sequentem homo meretur beatitudinem, sed meretur esse perfectius ipsius beatitudinis, quod quidem esse distinguitur realiter ad ipsa beatitudine. ¶ Sequitur quarto, quod, cum aliquod subiectum calidum sit magis calidum per alterationem, terminus, a quo est ipsa caliditas, et terminus, ad quem est eadem caliditas, sed tamen sub perfectiori esse. Patet, quia ex secundo correlario ipsa forma non successive producitur, sed continuo eadem manens mutatur ab esse imperfecctiori ad esse perfectius. ¶ Sequitur quinto, quod, cum forma incipit intendi a non gradu, ipsa incipit subito esse, et nullum esse incipit subito habere, immo quocumque esse dato in infinitum imperfectius habuit, quamvis incipiat habere aliquod esse. Prima pars patet ex secundo correlario, et secunda probatur, quia si aliquod esse inciperet habere, iam non inciperet intendi a non gradu, igitur si incipit a non gradu intendi, iam nullum esse incipit habere. ¶ Sequitur sexto, quod Socrates nullam caritatem per actum sequentem primum meretur, sed solum meretur intensionem illius qualitatis, quae quidem intensio non est nisi habere perfectius et perfectius esse manente eadem caritate omnino. ¶ Sequitur septimo, quod forma substantialis non intenditur. Hoc correlarium probat sic capreolus, quia si forma asini intenderetur, oportet eius esse corrumpi, sed ad corruptionem esse ipsius sequitur corruptio asini, et ad corruptionem ipsius asini sequitur corruptio formae ipsius asini, et ex consequenti sequitur ipsam non acquirere perfectius esse et per consequens non intendi. Et haec est ratio, quam assignat, respondeo argumentis contrarii, quare est, quod forma substantialis non intenditur, cum secundum eum et etiam beatum Thomam forma substantialis possit habere perfectius esse, quam habet, esto, quod materia melius disponatur vel. ut magis loquar ad eorum intensionem posito, quod a principio productionis formae ipsa forma fuerit producta in materia melius disposita. ¶ Sed contra hoc sic argumentor, quia si hoc esset verum, sequeretur | animam rationalem naturaliter posse intendi, sed consequens est falsum. Igitur illud, ex quo sequitur, videlicet quod non repugnat formae substantiali habere perfectius esse esto, quam fuisset producta in materia melius disposita. Sequela probatur, quia materia Socratis potest melius disponi Socrate manente. Potest enim mutari complexio Socratis phlegmatica in perfectiorem complexionem, puta sanguineam, quae quidem complexio est accidens proprium et dispositio, per quam materia sit apta ad formam suscipiendam, ut dicit beatus Thomas in 4., dispositione 44., quaestione prima, argumento primo in responsione ad quartum, et hoc manente Socrate, ut dicunt medici et signanter conciliator differentia 22., igitur anima rationalis tunc perfectius esse acquiret in illa materia magis disposita, et quia illa dispositio sit successive, sequitur, quod anima rationalis successive habebit perfectius et perfectius esse, et per consequens intendetur, ut patet ex definitione intensionis. ¶ Sed ad hoc diceret beatus Thomas non admittendo, quod complexio innata possit mutari in alteram meliorem aut peiorem, ut multi medicorum tenent, nec aliqua complexio mutata mutat esse, et sic cessat argumentum. Nihilominus supernaturaliter loquendo pono tale correlarium, secundum hanc viam id est, quod mihi videtur sequi ex hac positione: forma substantialis potest intendi. Probatur, quia ipsa potest habere perfectius et perfectius esse successive, igitur potest intendi. Patet consequentia ex definitione intensionis. Probatur antecedens: et pono, quod deus conservet formam brunelli in materia ipsius brunelli, et disponat continuo materiam ipsius brunelli magis et magis. Quo posito forma brunelli acquiret continuo perfectius et perfectius esse, igitur intendetur. Nec hoc solum sequitur ad hanc positionem beati Thomae, sed etiam ad positionem nominalium. Unde secundum illam positionem pono talem conclusionem: forma subistantialis corporea potest intendi.Probatur, quia potest habere plures gradus sive partes eiusdem speciei cum ipsa penetrative et unitive, quorum graduum quaelibet pars habet plures gradus penetrative et unitive, igitur potest esse intensa et intendi. Patet consequentia ex definitione, et probatur antecedens: et capio unam formam asini pedalem, et volo, quod in prima parte proportionali horae future una medietas eius penetret alteram, et uniatur ei secundum penetrationem, rarefiat tamen sic, quod continuo maneat pedalis, et in secunda parte proportionali iterum una medietas illius formae penetret alteram et uniatur ei secundum penetrationem, et in tertia parte iterum una medietas penetret alteram et sic in infinitum, et maneat sic in instanti terminativo pedalis qualitatis. Quo posito sequitur, quod illa forma asini habet plures gradus sive partes eiusdem specie cum ipsa penetrative et unitive et cetera, igitur propositum. Et haec breviter sufficiant pro declaratione opinionis beati Thomae. Recurras ad plura in hac opinione videnda ad secundam secundae quaestionis 24. et ad primum sen[tentiarum] distinctione 17., et videas ibidem capreolum qu[ae]tione secunda. ¶ Expeditis notabilibus et ex consequenti prima parte quaestionis restunt ad dubia descendamus.

¶ Dubitatur primo, utrum cuiuslibet formae, quae successive acquiritur, datur primum instans sui esse. ¶ Dubitatur secundo, utrum id, quod successive calefit, vel aliqua qualitate qualificatur, successive incipit calefieri aut esse tale, vel potest incipere esse tale. ¶ Dubitatur tertio, utrum aliqua res naturalis potest naturaliter praecise per instans durare. ¶ Dubitatur quarto, utrum probabile sit creatura nullo modo posse agere in instanti. ¶ Dubitatur quinto, utrum deus potest producere unum angelum immediate post alium et quot immediate potest producere.

Ad primum dubium arguitur, quod non,

et pono q albedo a. poſſibilis acquirat in hora futura iſto mō, ita q pria pars ꝓportionalis acquiratur in prima parte proportionali hore: ⁊ in ſecunda acquiratur ſecūda ⁊ in tertia acqrat tertia: ⁊ ſic ꝯñter: taliter tñ q dū acquirat ſcđa ſucceſſiue corrūpat adequate pria ⁊ dū acqritur tertia corrūpat ſecunda ⁊ nihil eiꝰ denuo acquiratur. Quo poſito ſic argumētor a. albedo ſucceſſiue acquiritur: ⁊ tamen eius non dat primū inſtans ſui eē: igr̄ pars dubii affirmatiua falſa: Maior ꝓbat: qꝛ ḡlibꝫ ps. ꝓportiōalis illiꝰ albedinis acquirit ſucceſſiue: igit illa albedo producitur ſucceſſiue. Et minor patet: qꝛ non habet primū inſtans ſui eē in fine hore: nec ante finem cum in nullo inſtanti habebit ſuas ptes ſimul: igitur nō datur primū inſtans ſui eſſe. ¶ Dicit vnus q in tali caſu a. albedo erit ⁊ tñ non ꝓducetur Et ad hᵒ q aliquid ſucceſſiue productū habeat primū inſtans ſui eē: oportet q illud ſit in aliquo iſtāti: vel aliquando erit. — Dicitur.

**Sed contra quia bene ſequit hec albe**do producetur: ergo hec albedo que eſt vel erit ꝓducetur: ⁊ ex hoc ſequitur q hec albedo eſt vel erit. Patet ꝯnā a ꝓportōe de termino ampliato ad propoſitionem explicātē ſenſū ampliatiōis. ¶ Ideo dices aliter ⁊ bene ad hoc argumētuꝫ petri de mātua nō admittendo caſum qꝛ caſus iplicat. Ex eo em̄ ſequitur q illa albedo nunq̄ erit cum nunq habebit oēs ſuas partes ſimul: et ſequitur q erit: quia ponitur q illa albedo ita producatur in hora futura q̄ prima pars proportionalis eius producatur in prima parte ꝓportionali hore ⁊c. Cū em̄ dicit q huius albedinis prima pars ꝓportionalis ꝓducetur ly albedinis ſupponit pro illo quod eſt vel erit.

**Sed ꝯtra pono q illa albedo ſit pᵒ de**cē annos ⁊ in hora futura partes eius eomō ꝓducantur ⁊ corrūpant ſicut in priori caſu. Tunc illa albedo ꝓducetur in hora futura: cum quelibet pars eius proportionalis producet, ⁊ tamē huius productiōis nō habebit primū inſtans ſui eſſe cum nec in fine huius hore, nec ante vt ꝓbatum eſt: igr̄ ꝓpoſitum. Nec vꝫ dicere q nichil pōt ꝓduci quin habeat q̄nq̄ oēs ſuas partes ſimul: qꝛ tempus et ſonus ⁊ vox (ſm̄ noīales) ꝓducūtur et tamen nunq̄ habent omnes ſuas ptes ſimul nec poſſunt.

**Secundo ad idem arguit ſic pono q** ſortes incipiat alterari a non gradu in hora futura: ita q in prima parte ꝓportionali acqrat. 2. gradꝰ albedinis ⁊ in ſcđa vnum, ⁊ in tertia dimiduꝫ ⁊ ſic ſine fine: ⁊ non maneat ſortes in inſtanti terminatiuo hore: ſed maneat eius albedo. Quo poſito illa albedo ſucceſſiue acquirit: ⁊ erit vt. 4. ⁊ tñ non dat primuꝫ inſtans ſui eē: igr̄. Maior eſt nota qꝛ nō erit minoris intenſionis: ⁊ minor probat qꝛ illa albedo erit añ finē illiꝰ hore: igr̄ non dat primū inſtans ſui eſſe Conſequētia pꝫ: qꝛ ſi daret maxie eēt inſtās t̄mīatiuū illiꝰ hore. Añs tñ ꝓbat: qꝛ illa albedo erit acqſita añ finē illiꝰ hore: ergo erit añ finē huiꝰ hore. Antecedēs pꝫ qꝛ illa albedo acquiret ante finē illiꝰ hore. Conſequentia pꝫ a reſolubili ad ſuā reſoluenteꝫ ¶ Dices ⁊ bñ negando q illa albedo erit añ finem illius hore ⁊ negādo q erit acqſita ante finē illius hore: ⁊ ad ꝓbationē negādo ꝯñam: ⁊ cū ꝓbat negatur q illa ſit ſua reſoluens: ſꝫ ē iſta: illa albedo erit acquiſitio añ finē illius hore. Alio mō diſtinguitur iſta propō illa albedo erit acquiſita ante finem illius hore aut capiēdo ly acqſita noīalit vt tm̄ vꝫ ſicut acqſitio ſiue qđ acqrit: ⁊ ſic concedit illa propō, aut capiēdo pticipialiter p̄teritiue, ⁊ ſic negat. Ad hoc em̄ q aliqđ ſit lta. acqſitū: reqrit q ipſum ſit vł fuerit in aliquo iſtāti, loquēdo de re permanenti. — Dicitur.

**Sed contra quia quelibet pars ꝓpor**tionalis eiꝰ añ finem illiꝰ hore erit acqſita: ⁊ qñ vna fuerit acqſita altera nō corrūpit: ḡ illa albedo ante finē illiꝰ hore erit acqſita. Cońa ꝓbat: qꝛ bñ ſequit quelibet ps erit ꝓportionals huiꝰ albedinis añ finē huius hore erit acqſita. (ſaltē ſm̄ certā diuiſionē) ḡ oēs ptes ꝓportionales huiꝰ albedīs añ finē huiꝰ hore erūt acqſite: ⁊ p ꝯñs tota albedo añ finē huiꝰ hore erit ꝓducta. Patet pria ꝯña a ſimili: qꝛ bñ ſeqt oīs homo currit: ergo omnes homines currunt: et ſic vł'r a ſingulari ad ſuum plurale ¶ Et cōfirmatur qꝛ bene ſequit hec albedo ante finem huius hore ꝓducetur: ergo hec albedo que eſt vel erit ante finem huius hore aliquando producetur: ⁊ per conſeq̄ns hec albedo eſt vel erit ante finem huius hore: ⁊ ſic eq̄ cito ſicut ꝓducetur erit producta. ⁊ ex hoc ſequitur q non dabitur inſtans in quo primo erit. ¶ Dices ⁊ bene diſtinguendo hanc ꝓpoſitionem hec albedo ante finem huius hore producet: quia vel illa determinatio ante finem huius hore determinat ſubiectum, aut copulam, aut predicatum. Si determinat ſubiectū aut copulaꝫ negatur: Si vero determinat predicatum conceditur. Nec tunc ly albedo ſupponit pro eo quod eſt vel erit ante finē huius hore: ſed bene pro eo quod producetur ante finē huius hore. Determinatio em̄ p̄dicati nullo modo reſtrigit copulam aut ſubiectum: licet determinatio copule reſtringat ⁊ ſubiectū ⁊ predicatum. Pariforma diſtiguas conſequens ⁊ conſequentiam — Cōſfatio — Dicitur.

**Sed contra quia hec albedo producit** in iſta hora. ergo ꝓducetur ante finem huiꝰ hore vel in fine vel poſt finē: ſed nō poſt finē nec in fine: igitur hoc albedo ante finē huius hore ꝓducetur (vt illa determiatio ſꝑ determinat copulā) ⁊ p ꝯñs hec albedo eſt vel erit ante finem huius hore quod fuit ꝓbādū. Patet ꝯña vltima: qꝛ ſꝑ determinatio reſtringens copulā reſtringit vtrūq̄ extremum vt patet ex dialecticis. ¶ Cōfirmatur ſecundo: qꝛ tota illa albedo erit acquiſita alicui ſubiecto: ⁊ nō niſi ſorti ⁊ nō in inſtanti termiatiuo hore: cū tūc ſortes nō erit. igitur ante inſtans terminatiuū hore erit tota illa albedo acquiſita ſorti: ⁊ p ꝯñs añ illō iſtans ipſa erit Nec vꝫ dicere q illa acquiritur materie ſortis manenti in inſtanti terminatiuo: qꝛ volo q ſił'r materia non maneat: ſed maneat preciſe albedo illa: tūc illa albedo nō erit alicui acquiſita ante inſtans terminatiuū hore: ⁊ erit acquiſita alicui: igitur alicui erit acquiſita ante inſtans terminatiuꝫ hore. Nec valet dicere q in tali caſu illa albedo nulli erit acqſita: qꝛ volo q ſortes actione imanēte ꝓducat in ſe talem qualitatē cū ceteris pticulis caſus: tunc illa qualitas a nullo ꝓducet niſi a ſorte ⁊ a nullo erit ꝓducta q̄ a ſorte: igit talis qualitas erit acqſita ſorti. Nec valet iterū dicere q illa qualitas erit ꝓducta prīo in inſtanti terminatiuo a ſorte qui tunc non eſt: qꝛ tunc aliquid primo eēt ꝓductū: ⁊ tamē nō haberet ꝓ tunc cauſam ſue ꝓductionis: quod videtur abſurdum. ¶ Confirmatur tertio: ⁊ pono q corrumpatur tota illa albedo que ſic fuit ꝓducta in inſtanti terminatiuo illius hore. Quo poſito arguit ſic i illo inſtanti deſinet eē adequate aliqua albedo totalis ipſius ſortis p remotionē de pñti: ⁊ nō niſi. 4. graduū: igr̄ talis albedo aliqñ erit: ⁊ nō niſi añ inſtās termiatiuū illiꝰ hore qđ fuit ꝓbādū. Minor tñ ꝓbat qꝛ totalis albedo ꝓducta in ſorte nō eſt intēſior — Cōſfaᵒ. ſcđa — 3. ꝯfirma.

et pono, quod albedo A possibilis acquiratur illa hora futura isto modo, ita quod prima pars proportionalis acquiratur in prima parte proportionali horae, et in secunda acquiratur secunda, et in tertia acquiratur tertia et sic consequenter, taliter tamen quod, dum acquiratur secunda successive, corrumpatur adaequate prima et, dum acquiritur tertia, corrumpatur secunda, et nihil eius denuo acquiratur. Quo posito sic argumentor: A albedo successive acquiritur, et tamen eius non datur primum instans sui esse, igitur pars d[u]bii affirmativa falsa. Maior probatur, quia quaelibet pars proportionalis illius albedinis acquiritur su[c]cessive, igitur illa albedo producitur successive. Et minor patet, quia non habet primum instans sui esse in fine horae, nec ante finem cum in nullo instanti habebit suas partes simul, igitur non datur primum instans sui esse. ¶ Dicit unus, quod in tali casu A albedo erit et tamen non producetur. Et ad h[oc], quod aliquid successive productum habeat primum instans sui esse, oportet, quod illud sit in aliquo instanti, vel aliquando erit.

Sed contra, quia bene sequitur, haec albedo producetur, ergo haec albedo, quae est vel erit, producetur, et ex hoc sequitur, quod haec albedo est vel erit. Patet consequentia a proportione de termino ampliato ad propositionem explicantem sensum ampliationis. ¶ Ideo dices aliter et bene ad hoc argumentum Petri de Mantua non admittendo casum, quia casus implicat. Ex eo enim sequitur, quod illa albedo nunquam erit, cum numque habebit omnes suas partes simul, et sequitur, quod erit, quia ponitur, quod illa albedo ita producatur in hora futura, quam prima pars proportionalis eius producatur in prima parte proportionali horae et cetera. Cum enim dicitur, quod huius albedinis prima pars proportionalis producetur, ly „albedinis" supponit pro illo, quod est vel erit.

Sed contra pono, quod illa albedo sit p[er] decem annos, et in hora futura partes eius eo modo producantur et corrumpantur sicut in priori casu. Tunc illa albedo producetur in hora futura, cum quaelibet pars eius proportionalis producetur, et tamen huius productionis non habebit primum instans sui esse, cum nec in fine hu[iu]s horae nec ante, ut probatum est, igitur propositum. Nec v[alet] dicere, quod nihil potest produci, quin habeat quandoque omnes suas partes simul, quia tempus et sonus et vox (secundum nominales) producuntur, et tamen nunquam habent omnes suas partes simul, nec possunt.

Secundo ad idem arguitur sic: pono, quod Socrates incipiat alterari a non gradu in hora futura, ita quod in prima parte proportionali acquirat 2 gradus albedinis et in secunda unum et in tertia dimidium et sic sine fine, et non maneat Socrates in instanti terminativo horae, sed maneat eius albedo. Quo posito illa albedo successive acquiritur, et erit ut 4, et tamen non datur primum instans sui esse. Igitur. Maior est nota, quia non erit minoris intensionis, et minor probatur, quia illa albedo erit ante finem illius horae, igitur non datur primum instans sui esse. Consequentia patet, quia, si daretur, maxime esset instans terminativum illius horae. Antecedens tamen probatur, quia illa albedo erit acquisita ante finem illius horae, ergo erit ante finem huius horae. A[n]tecedens patet, quia illa albedo acquiretur ante finem illius horae. Consequentia patet a resolubili ad suam resolventem. ¶ Dices et bene negando, quod illa albedo erit ante finem illius horae et negando, quod erit acquisita ante finem illius horae, et ad probationem negando consequentiam, et cum probatur negatur, quod illa sit sua resolvens, sed est ista: illa albedo erit acquisitio ante finem illius horae. Alio modo distinguitur ista propositio: illa albedo erit acquisita ante finem illius horae aut capiendo ly „acquisita" nominaliter, ut tantum videlicet sicut acquisitio, sive quod acquiritur, et sic couceditur illa propositio, | aut capiendo participialiter praeteritive, et sic negatur. Ad hoc enim, quod aliquid sit [i]ta acquisitum, requiritur, quod ipsum sit vel fuerit in aliquo instanti, loquendo de re permanenti.

Sed contra, quia quaelibet pars proportionalis eius ante finem illius horae erit acquisita, et quando una fuerit acquisita, altera non corrumpitur, ergo illa albedo ante finem illius horae erit acquisita. Consequentia probatur, quia bene sequitur, quaelibet pars erit proportionals huius albedinis ante finem huius horae erit acquisita, (saltem secundum certam divisionem), ergo omnes partes proportionales huius albedinis ante finem huius horae erunt producta. Patet prima consequentia a simili, quia bene sequitur: omnis homo currit, ergo omnes homines currunt, et sic universaliter a singulari ad suum plurale. ¶ Et confirmatur, quia bene sequitur, haec albedo ante finem huius horae producetur, ergo haec albedo, quae est vel erit, ante finem huius horae aliquando producetur, et per consequens haec albedo est vel erit ante finem huius horae, et sic aeque cito sicut producetur erit producta, et ex hoc sequitur, quod non dabitur instans, in quo primo erit. ¶ Dices et bene distinguendo hanc propositionem: haec albedo ante finem huius horae producetur, quia vel illa determinatio ante finem huius horae determinat subiectum aut copulam aut praedicatum. Si determinat subiectum aut copulam, negatur. Si vero determi[n]at praedicatum, conceditur. Nec tunc ly „albedo" supponit pro eo, quod est vel erit ante finem huius horae, sed bene pro eo, quod producetur ante finem huius horae. Determinatio enim praedicati nullo modo restringit copulam aut subiectum, licet determinatio copulae restringat et subiectum et praedicatum. Pari forma distinguas consequens et consequentiam.

Sed contra, quia haec albedo producitur in ista hora, ergo producetur ante finem huius horae vel in fine vel post finem, sed non post finem nec in fine, igitur hoc albedo ante finem huius horae producetur (ut illa determinatio semper determinat copulam), et per consequens haec albedo est vel erit ante finem huius horae. Quod fuit probandum. Patet consequentia ultima, quia semper determinatio restringens copulam, restringit utrumque extremum, ut patet ex dialectis. ¶ Confirmatur secundo, quia tota illa albedo erit acquisita alicui subiecto, et non nisi Socrati et non in instanti terminativo horae, cum tunc Socrates non erit, igitur ante instans terminativum horae erit tota illa albedo acquisita Socrati, et per consequens ante illud instans ipsa erit. Nec v[ale]t dicere, quod illa acquiritur materiae Socratis manenti in instanti terminativo, quia volo, quod similiter materia non maneat, sed maneat praecise albedo illa, tunc illa albedo non erit alicui acquisita ante instans terminativum horae, et erit acquisita alicui, igitur alicui erit acquisita ante instans terminativum horae. Nec valet dicere, quod in tali casu illa albedo nulli erit acquisita, quia volo, quod Socrates actione immanente producat in se talem qualitatem cum ceteris particulis casus, tunc illa qualitas a nullo producetur, nisi a Socrate et a nullo erit producta quam a Socrate, igitur talis qualitas erit acquisita Socrati. Nec valet iterum dicere, quod illa qualitas erit producta primo in instanti terminativo a Socrate, qui tunc non est, quia tunc aliquid primo esset productum, et tamen non haberet pro tunc causam suae productionis, quod videtur absurdum. ¶ Confirmatur tertio: et pono, quod corrumpatur tota illa albedo, quae sic fuit producta in instanti terminativo illius horae. Quo posito arguitur sic: in illo instanti desinet esse adaequate aliqua albedo totalis ipsius Socratis per remotionem de praesenti, et non nisi 4 graduum, igitur talis albedo aliquando erit, et non nisi ante instans terminativum illius horae. Quod fuit probandum. Minor tam probatur, quia totalis albedo producta in Socrate non est intensior

4.gradibꝰ, nec minus intēſa vt patet aſpicīti: igr̄
eſt adequate.4.graduum.

**Tertio principaliter arguitur ſic.** Si
pars affirmatiua dubii eſſet vera ſeq̄retur ꝙ ſortes
et plato ab eadē ꝓportione et eq̄ velociter cōtinuo
alterarent̄ ꝑ idē tp̄s: ⁊ tn̄ nō equalē qualitatē acq̄-
rerēt: ſʒ ꝯn̄s eſt impoſſibile igit̄. Seq̄la ꝓbat̄ ⁊ po-
no vt ſupra ꝙ ſortes ⁊ plato incipiāt alterari a nō
gradu ab equali ꝓportione: ⁊ eque velociter ⁊ con
tinuo in iſta hora eq̄ velociter alterētur eandē qua
litatē acq̄rēdo: ⁊ maneat plato in inſtāti terminati
uo ſortes vero nō. Quo poſito argr̄ ſic in inſtāti termi
natiuo aliquā determinatā qualitatē habebit pla
to: et tantā nō habebit ſortes tūc: nec ante: ⁊ alterā
tur ꝑ idē tēpus ab equali ꝓportiōe. igitur ꝓpoſitū
Dicitur. ¶ Dices ⁊ bene negādo miorē vʒ ꝙ ſortes ⁊ plato
per idē tēpus adequate ab equali ꝓportiōe alterā-
tur: q2 plato alterabitur ꝑ horā ſortes vero nō: q2
ſortes nō manebit ꝑ horā. Nō eīn manebit in inſtā
ti terminatiuo hore. necvʒ iſta ꝯn̄a ſortes ⁊ plato cō
tinuo in eodē tēpore adequate alterātur ab eadē ꝓ-
portiōe: igr̄ ille ꝓportiōes in illo tp̄e adequate ī ſor
tē et in platonē equalē effectū oīno ꝓducūt. ¶ Sed
contra q2 in inſtāti terminatiuo hore erit verū dice
re de totali qualitate manēte in cadauere ſortis ꝙ
illā ꝓduxit ſortes et per ꝯn̄s erit verū dicere ꝙ illa
Dicitur. fuit. ¶ Dices et bn̄ cōcedēdo an̄s ⁊ negādo ꝯn̄aʒ. In
illo inſtāti eīn verū eſt dicere ꝙ illā albedinē ſortes
ꝓduxit: ſed ſortes nō ꝓduxit illā albedinē q2 illa nō
erit ante illud inſtans. ¶ Sʒ contra q2 ſi ſolutio eēt
bona ſequeret̄ ꝙ in caſu ſortes habebit maiꝰ meri
tum q̄ habebit plato: ⁊ tn̄ nō magis p̄miabit̄ imo
equaliter p̄miarētur ꝯn̄s eſt falſum: ⁊ cōtra ꝓpōnē
theologorum. inequaliter merētes ineq̄liter p̄miabunt̄
igit̄ et illō ex quo ſeq̄tur. Seq̄la ꝓbat̄ ⁊ pono ꝙ ſor
tes ⁊ plato incipiāt mereri a nō gradu cōtinuo vni-
formiter in hora ſequēti: ita ꝙ ſi vterq3 illorum mane
ret in inſtanti termīatiuo hore vterq3 haberet meri
tum vt.4. decedat tn̄ ſortes ꝑ remotionē de p̄nti in
gr̄a pl'one manēteq̄ decedat ꝑ po'nem de p̄nti. Quo
poſito arguit̄ ſic in tali caſu ſortes p̄miabit̄: et nō
maiori p̄mio q̄ plato nec minori: igit̄ p̄miabit̄ eq̄li
p̄mio. ⁊ tn̄ nunq̄ habebit tātum meritū: igitur. Q2
nō premiabit̄ maiori p̄mio notū eſt: ſed ꝙ nō miori
premio totali p̄miabit̄: argr̄ ſic: ſignetur illud tota
le premiū: ⁊ ſit a: et arguo ꝙ nō: q2 plato p̄miabit̄
premio vt.4. et ſortes habebit quodlibet meritum
citra.4. ergo habebit premiū vt.4. et ꝑ ꝯn̄s ſortes
et plato equali premio p̄miātur ⁊ nō minori ſortes
q̄ plato. Con̄a tenet q2 ſi hʒ q̄dlibet meritū citra.4.
ipſe habebit quodlibet p̄miū citra.4. ⁊ ſi hʒ quod-
libet p̄miū citra.4. iā hʒ p̄miū vt.4. cū nemo p̄t ha-
bere quālibet q̄titatē citra quātitatē quadrupeda-
lē qui habeat quātitatē quadrupedalē: igit̄ de p̄io
ad vltimū ſi ſortes hʒ q̄ſlibet meritū citra.4. ſortes
hēbit p̄miū vt.4. quod fuit ꝓbandū. ¶ Dices forte
Dicitur. admiſſo caſu negādo an̄s q2 ad hoc ꝙ ſortes vel p̄ſo
dicat̄ habere meritū vt.4. ſatis eſt ꝙ aīa eius ali-
quādo habeat illud. Modo in caſu et ſi ſortes nō ma-
neat in inſtāti terminatiuo tamē aīa eiꝰ manet q̄d
ſufficit. ¶ Sed cōtra q2 volo ꝙ ſimul deſinat eē aīa
cum ſorte in poſterū tamē re producēda: ⁊ ſcd̄m q̄ti
tatē meritorū p̄miēda. Quo poſito ſeq̄t̄ intētū igit̄

**In oppoſitū tamē eſt philoſophus ſex**
to phiſicorum ponēs talē ꝯcluſionē. in quo res primo
eſt athomū et īpartibile eē neceſſe eſt. Innuēs ꝙ oīs
res ꝑmanēs hʒ vel habuit primū inſtans ſui eē ante
quod nō fuit. Et intelligit de re generabili.

**Pro deciſione huius dubitationis no**
tandū eſt primo ſuppoſita diſtictione inſtantiū de
clarata circa materiā de incipit ⁊ deſinit ꝙ duplex
eſt primum inſtans eē alicuiꝰ forme vʒ primū inſtās
cōpletū et primū inſtās nō cōpletū. Primū inſtans
alicuiꝰ forme cōpletū eſt inſtans ī quo res primo eſt
an̄ q̄d nichil eiuſdē forme p̄fuit. Et iſto modo icipit
eē per primū eſſe aīa rōnalis ⁊ oē q̄d indiuiſibiliter
in inſtanti ꝓducit̄. Sed primū inſtās eē alicuius for
me incōpletū eſt in quo illa forma primo eſt ⁊ tamē
aliquid eiꝰ prefuit. Et iſto mō forma q̄ ſucceſſiue ac-
quiritur hʒ primū inſtans ſui eſſe incōpletū. Eodeʒ
modo poteſt fieri diſtictio de primo inſtāti non eſſe
et de vltimo eē et de vltimo non eſſe. Et hanc diſtin
ctionē ponit Gregorius de arimio. q.3. d.17. primi Gregoriꝰ
ſen. ſubiūgens aliā diſtictionē de formis: q2 quedā in primo
ſunt que ꝓducūtur indiuiſibiliter vt aīa rōnalis et ſen.
minimū naturale: alie partim ſucceſſiue ⁊ partim ī
ſtantanee: ſicut forma aſiniciꝰ datur minimū natu-
rale q̄d ſubito ꝓducit̄ et poſt ꝓductionē illius vna
pars reſidue forme ſucceſſiue gn̄atur: quedā vero ſuc
ceſſiue tātum de quibus iā exēplificatū eſt. ¶ Quibꝰ Opinio
intellectis aduertendū eſt ꝙ de hac dubitatiōe due gregorii
ſūt opiniones famate. Prima eſt gregorii arimineñ
loco preallegato: ⁊ cōiter eā inſequunt̄ phi paripa
thetici que pōnt tanq̄ in baſi et fundamento in vnica
cōſiſtit ꝓpōne que talis eſt. Oīs res ꝑmanēs natu-
raliter ꝓducta habet vel habuit p̄mū inſtās ſui eē
an̄ q̄d nec ī tp̄e nec in inſtāti fuit. ¶ Ex q̄ infert̄ ꝙ oīs
res ſucceſſiue ꝓducta prius ꝓducebat̄ quā ſit vel fue
rit ꝓducta: ita ꝙ ſi aliqua albedo acquirat̄ ſucceſſi
ue per horā futurā adequate cōcedendū eſt ꝙ talis
albedo ꝓducet̄ ante finē hore future: ſʒ nō erit ꝓdu-
cta ante finē hore future: ſʒ erit ꝓducta in inſtāti ter
minatiuo talis hore in quo primo erit. ¶ Ex quo in
fert hec opinio ꝙ ſi totū q̄d in iſta hora ꝓducebat̄
de albedine in inſtāti termīatiuo hore corrūperet̄ ⁊
nunq̄ vlterius reproducat̄ tunc nō eſt dabilis albe
do adequate ꝓducta in illa hora. Et in vniuerſū ad
hoc ꝙ aliquid quod ponit̄ ſucceſſiue ꝓduci ſit: opꝰ
eſt tale manere in inſtāti termīatiuo ſue ꝓductionis
Alias nullo pacto cōcedēdum eſt ipſum produci.
¶ Alia eſt opinio. Petri de mantua quā poſuit in opīo mā
ſuo tractatu de inſtāti capite 2° ⁊ cōſiſtit p̄ncipaliter tuani.
in hac ꝓpōe. Oīs res ſucceſſiue ꝓducta prius fuit ī
tp̄e inadequate q̄ in aliquo inſtāti. ¶ Ex quo infert
ꝙ oīs res ſucceſſiue ꝓducta nō cuiꝰ ꝓducetur q̄ erit
ꝓducta. ¶ Ex quo infert vlterius ꝙ oīs res ſucceſſi-
ue ꝓducenda dūmō ſit ꝑmanēs habebit primū in-
ſtans ſui eſſe an̄ quod in nullo inſtanti erit: q̄uis an̄
illud erit in tēpore. Et ꝑ hoc differt a prima opinio
ne: ⁊ cōuenit ſimr̄ cū illa. Cōuenit quidē: q2 dicit talē
rem habere primū inſtās ſui eē in quo eſt vel erit (nō
facio differētiā in p̄nti p̄terito aut futuro. In hoc eī
nō ſtat difficultas) et an̄ illud inſtās in nullo inſtan
ti fuit. Sʒ differt a prima q2 prima dicit ꝙ nec ante
illud inſtās fuit in tp̄e nec in inſtāti. Hec vero mātua
ni dicit ꝙ ante illud fuit in tp̄e: ⁊ tamē in nullo inſtā
ti. ¶ Ex quo ſequitur tertio ꝙ oīs res ſucceſſiue ꝓ-
ducenda erit in aliquo tēpore an̄q̄ ſit in aliquo ī
ſtanti: ⁊ ſic prius erit in tēpore q̄ in inſtanti: ⁊ dicit
hoc non eſſe incōueniēs de illo q̄d erit in tēpore in
diuiſibiliter. ¶ Ex quo infert.4. ꝙ aliqua res ante
primū inſtans ſui eſſe erit in aliquo tēpore: et tamē
illa ꝑ nullū tēpus erit ante primū inſtans ſui eſſe
Patet prima pars ex correlario p̄cedēti: et ſecūda
probatur q2 ad hoc ꝙ aliquid ſit ꝑ aliquod tempꝰ
requirit̄ ꝙ ſit in quolibet inſtanti illius ſaltē intrī
ſeco. ¶ Ex hac pōe ſequitur quīto ꝙ hec albedo erit

4 gradibus nec minus intensa, ut patet aspicienti, igitur est adaequate 4 graduum.

Tertio principaliter arguitur sic: si pars affirmativa dubii esset vera, sequeretur, quod Socrates et Plato ab eadem proportione et aeque velociter continuo alterarentur per idem tempus, et tamen non aequalem qualitatem acquirerent, sed consequens est impossibile. Igitur. Sequela probatur: et pono ut supra, quod Socrates et Plato incipiant alterari a non gradu ab aequali proportione et aeque velociter et continuo in ista hora aeque velociter alterentur eandem qualitatem acquirendo, et maneat Plato in instanti termi[n]ativo, Socrates vero non. Quo posito arguitur sic: in instanti terminativo aliquam determinatam qualitatem habebit Plato, et tantam non habebit Socrates tunc nec ante, et alterantur per idem tempus ab aequali proportione. Igitur propositum. ¶ Dices et bene negando minorem, videlicet quod Socrates et Plato per idem tempus adaequate ab aequali proportione alterantur, quia Plato alterabitur per horam, Socrates vero non, quia Socrates non manebit per horam. Non enim manebit in instanti terminativo horae. Nec valet ista consequentia: Socrates et Plato continuo in eodem tempore adaequate alterantur ab eadem proportione, igitur illae proportiones in illo tempore adaequate in Socratem et in Platonem aequalem effectum omnino producunt. ¶ Sed contra, quia in instanti terminativo horae erit verum dicere de totali qualitate manente in cadavere Socratis quod illam produxit Socrates, est [et] per consequens erit verum dicere, quod illa fuit. ¶ Dices et bene concedendo antecedens et negando consequentiam: in illo istanti enim verum est dicere, quod illam albedinem Socrates produxit, sed Socrates non produxit illam albedinem, quia illa non erit ante illud instans. ¶ Sed contra, quia si solutio esset bona, sequeretur, quod in casu Socrates habebit maius meritum, quam habebit Plato, et tamen non magis praemiabitur, immo aequaliter praemiarentur, consequens est falsum, et contra propositionem theologam: inaequaliter merentes inaequaliter praemiabuntur, igitur et illud, ex quo sequitur. Sequela probatur: et pono, quod Socrates et Plato incipiant mereri a non gradu continuo uniformiter in hora sequenti, ita quod si uterque illorum maneret in instanti terminativo horae, uterque haberet meritum ut 4, decedat tamen Socrates per remotionem de praesenti in gratia Platone manente, qui decedat per positionem de praesenti. Quo posito arguitur sic: in tali casu Socrates praemiabitur et non maiori praemio quam Plato nec minori, igitur praemiabitur aequali praemio, et tamen numquam habebit tantum meritum. Igitur. Quod non praemiabitur maiori praemio, notum est, sed quod non minori praemio totali praemiabitur, arguitur sic: signetur illud totale praemium, et sit A, et arguo, quod non, quia Plato praemiabitur praemio ut 4, et Socrates habebit quodlibet meritum citra 4, ergo habebit praemium ut 4, et per consequens Socrates et Plato aequali premio praemiantur, et non minori Socrates quam Plato. Consequentia tenet, quia si habet quodlibet meritum citra 4, ipse habebit quodlibet praemium citra 4, et si habet quodlibet praemium citra 4, iam habet praemium ut 4, cum nemo potest habere quamlibet quantitatem citra quantitatem quadrupedalem, qui habeat quantitatem quadrupedalem, igitur de primo ad ultimum, si Socrates habet quodlibet meritum citra 4, Socrates habebit praemium ut 4. Quod fuit probandum. ¶ Dices forte admisso casu negando antecedens, quia ad hoc, quod Socrates vel Plato dicatur habere meritum ut 4, satis est, quod anima eius aliquando habeat illud. Modo in casu, et si Socrates non maneat in instanti terminativo, tamen anima eius manet, quod sufficit. ¶ Sed contra, quia volo, quod simul desinat esse anima cum Socrate, in posterum tamen re producenda et secundum quantitatem meritorum praemienda. Quo posito sequitur intentum, igitur.

In oppositum tamen est philosophus sexto physicorum ponens talem conclusionem, in quo res primo est atomum et impartibile esse necesse est. Innuens, quod omnis res permanens habet vel habuit primum instans sui esse ante, quod non fuit. Et intelligit de re generabili. |

Pro decisione huius dubitationis notandum est primo supposita distinctione instantium declarata circa materiam de „incipit“ et „desinit“, quod duplex est, primum instans esse alicuius formae, videlicet primum instans completum et primum instans non completum. Primum instans alicuius formae completum est instans, in quo res primo est, ante quod nihil eiusdem formae praefuit. Et isto modo incipit esse per primum esse anima rationalis et omne, quod indivisibiliter in instanti producitur. Sed primum instans esse alicuius formae incompletum est, in quo illa forma primo est, et tamen aliquid eius praefuit. Et isto modo forma, quae successive acquiritur, habet primum instans sui esse incompletum. Eodem modo potest fieri distinctio de primo instanti non esse et de ultimo esse et de ultimo non esse. Et hanc distinctionem ponit Gregorius de Arimino quaestione 3., [...] 17. primi [libri] sententiarum subiungens aliam distinctionem de formis, quia quaedam sunt, quae producuntur indivisibiliter ut anima rationalis et minimum naturale, aliae partim successive et partim instantaneae sicut forma asini, cuius datur minimum naturale, quod subito producitur, et post productionem illius una pars residuae formae successive generatur, quaedam vero successive tantum, de quibus iam exemplificatum est. ¶ Quibus intellectis advertendum est, quod de hac dubitatione duae sunt opiniones famatae. Prima est Gregorii Ariminensis loco praeallegato et communiter eam insequunt philosophi peripathetici, quae positio tanquam in basi et fundamento in unica consistit propositione, quae talis est: omnis res permanens naturaliter producta habet vel habuit primum instans sui esse, ante quod nec in tempore nec in instanti fuit. ¶ Ex quo infertur, quod omnis res successive producta prius producebat, quam sit vel fuerit producta, ita quod si aliqua albedo acquiratur successive per horam futuram, adaequate concedendum est, quod talis albedo producetur ante finem horae future, sed non erit producta ante finem horae futurae, sed erit producta in instanti terminativo talis horae, in quo primo erit. ¶ Ex quo infert [h]aec opinio, quod si totum, quod in ista hora producebatur de albedine, in istanti terminativo horae corrumperetur et nunquam ulterius reproducatur, tunc non est dabilis albedo adaequate producta in illa hora. Et in universum ad hoc, quod aliquid, quod ponitur, successive produci sit, opus est tale manere in instanti terminativo suae productionis. Alias nullo pacto concedendum est ipsum produci.

¶ Alia est opinio Petri de Mantua, quam posuit in suo tractatu de instanti capite secundo, et consistit punctualiter in hac propositione: omnis res successive producta prius fuit in tempore inadaequate quam in aliquo instanti. ¶ Ex quo infert, quod omnis res successive producta non citius producetur, quam erit producta. ¶ Ex quo infert ulterius, quam omnis res successive producenda, dummodo sit permanens, habebit primum instans sui esse, ante quod in nullo instanti erit, quamvis ante illud erit in tempore. Et per hoc differt a prima opinione, et convenit similiter cum illa. Convenit quidem, quia dicit talem rem habere primum instans sui esse, in quo est vel erit, (non facio differentiam in praesenti, praeterito aut futuro. In hoc enim non stat difficultas) et ante illud istans in nullo instanti fuit. Sed differt a prima, quia prima dicit, quod nec ante illud instans fuit in tempore nec in instanti. Haec vero Mantuani dicit pro, ante illud fuit in tempore, et tamen in nullo instanti. ¶ Ex quo sequitur tertio, quod omnis res successive producenda erit in aliquo tempore, antea quam sit in aliquo instanti, et sic prius erit in tempore quam in instanti, et dicit hoc non esse inconveniens de illo, quod erit in tempore indivisibiliter. ¶ Ex quo infert 4., quod aliqua res ante primum instans sui esse erit in aliquo tempore, et tamen illa per nullum tempus erit ante primum instans sui esse. Patet prima pars ex correlario praecedenti, et secunda probatur, quia ad hoc, quod aliquid sit per aliquod tempus, requiritur, quod sit in quolibet instanti illius saltem intrinseco. ¶ Ex hac positione sequitur quinto, quod haec albedo erit

et tamē in nullo inſtāti erit. Probat̄ ⁊ pono ꝙ albedo vt.4. in iſta hora adequate ꝓducat̄ ſucceſſiue: et corrūpat̄ in inſtāti termīatiuo hore. ⁊ deſinat eſſe ꝑ primū nō eſſe. Quo poſito patet correlariū. ¶ Sequitur ſexto ꝙ hec albedo iā nō eſt ⁊ aliquādo erit: ⁊ tñ hec albedo: nec incipiet eē nec in tēpore nec in inſtāti. Pꝫ ex caſu ſuperioris correlarii in nullo eī inſtanti incipit eē in tēpore vel inſtāti vt pꝫ intuēti. ¶ Sequitur ſeptimo ꝙ licet nulla res ſucceſſiue ꝓducēda incipit vel incipiet eſſe: q̄libet tñ res ſucceſſiue ꝓducēda ꝑmanēs in inſtāti termīatiuo ſue ꝓductiōis incipit vel incipiet eē in inſtāti. Prima pars pꝫ qꝛ ante quodlibet inſtās in quo verū eſt dicere hec qualitas ſucceſſiue ꝓducta eſt: fuit ī tēpore p̄cedēti in quo ſucceſſiue ꝓducebat̄: igit̄ talis res nō incipit vel īcipiet eſſe. Secūda pars ꝓbat̄ qꝛ in inſtanti termīatiuo ſue ꝓductiōis talis res incipit eſſe in inſtāti: qꝛ licet antea fuerit in tēpore ī nullo tñ inſtāti prefuit: igit̄ ¶ Sequit̄ octauo ſortē ꝑ totā vnā horā eē in gr̄a: et et tamē in eadē hora eē in pctō. Probat̄ ⁊ pono ꝙ deus p̄cipiat ſorti exn̄ti in gr̄a ꝙ nunq̄ diligat platonē gradu dilectionis vt.4. cōcedat tñ ei ꝙ abſq̧ peccato poſſit eū diligere quolibet gradu citra.4. Quo poſito īcipiat ſortes intēdere dilectionē platonis ꝑ iſtā horā ita ꝙ ſi maneret ī inſtāti terminatiuo haberet prio ī illo dilectionē vt.4. ſꝫ iā nec ipſe ſortes nec ſua aīa illā habeāt in inſtāti terminatio Quib⁹ poſitis: argr̄ ſic ſortes ꝑ totā illā horā erit in gr̄a ⁊ in eadē hora erit in pctō: igitur correlariū verū. Maior ꝓbat̄ qꝛ in quolibet inſtāti intrinſeco illius hore ſortes erit in gr̄a cū in nullo illoꝝ committat aut omittat (In nullo enim inſtanti intrinſeco diligit ꝑ lonē dilectōe vt.4) igit̄ ſortes ꝑ totaꝫ illā horā erit in gr̄a. Sꝫ minor ꝓbat̄ qꝛ in illa hora 4. gradus dilectiōis erūt a ſorte producti ꝑ opionē ⁊ cū primū fuerūt ꝓducti ſortes erit ī pctō: igit̄ ſortes in illa hora erit in pctō. Et ſic pꝫ correlarium.

¶ Sequit̄.9. ꝙ ſortes dāpnabit̄: ⁊ tamē ꝑ totā vitā ſuā fuit in gr̄a. Pꝫ in caſu ſuperioris corelarii. Sortes dāpnabit̄ cum fuerit in peccato vt pꝫ ex dictis.

¶ Hec oīa cōcedēda ſunt tāq̄ correlaria hui⁹ pōnis Nec ea videri debēt abſurda: quādoquidē ea omia aduerſa opinio cogitur cōcedere. Diuidat̄ eīn vnū pedale vniformit̄ in hora futura ita ꝙ in iſtanti terminatiuo prio totū erit diuiſū ⁊ ſit linea terminās illud pedale ī extremo poſterius diuidēdo a. Quo poſito a. linea ī iſta hora adeq̄te erit diuiſo ⁊ tamē per nullū tp̄s nec in aliquo inſtāti erit diuiſio a. linea Itē a linea mō nō diuidit̄ ⁊ aliqñ diuidet̄ ⁊ tñ nec īcipit nec īcipiet diuidi. Itē a. linea ꝑ totam illā horā eſt integra qꝛ in quolibet inſtāti intrinſeco illius: ⁊ tamē in eadē hora diuidet̄ ⁊ erit diuiſio. Et ſi dicas ꝙ in illo caſu a. linea ñ ꝑ totā illā horā eſt integra: qꝛ nō eſt īntegra in iſtāti termīatiuo ei⁹. Modo ſecūdū aliam pōnem ad hoc ꝙ aliq̄d ſit aliquale ꝑ aliqđ tēpus: requirit̄ ꝙ ſit tale ī quolibet inſtāti illius tēporis: ⁊ intrīſeco ⁊ extrīſeco. Ponat̄ tūc ꝙ in iſtanti termīatiuo reproducat̄ ſubito illud pedale cum oīb⁹ ſuis lineis quo poſito a. linea erit integra ī quolibet iſtanti illius hore ⁊ intrīſeco ⁊ extrinſeco vt pꝫ dicet tñ opinās ꝙ in tali caſu nō diuidetur linea. Ideo ponatur ꝙ de⁹ precipiat ſorti ꝙ diligat eū in aliquo inſtāti intrīſeco hui⁹ hore future ⁊ ſit ſortes ī gr̄a ⁊ nichil cōmittat ꝑ horā futuram: ſed omittat diligere deū ⁊ decedat ī inſtāti terminatiuo ꝑ primū nō eē. Quo poſito ſortes erit in iſta hora futura adequate in pctō: ⁊ tamē ꝑ nullum tēpus nec in aliquo inſtāti. Sortes nūc nō eſt ī pctō: ⁊ aliquādo erit in pctō: ⁊ tñ nec incipit nec īcipiet eē in pctō. Sortes per totā vitam ſuā erit in gr̄a ⁊ ſine peccato ſaltē in quolibet iſtanti intrīſeco ſue vite: ⁊ tamē ſortes dāpnabit̄. ¶ Hinc igr̄ cōſtat ea oīa que hec opio puta mātuam ꝯcedit tanq̄ ſequētia ſuam opionem: oportet opinionē aduerſaꝫ itidem cōcedere: ⁊ ea nec abſurda eē: nec ph̄ie diſſona.

**His notatis ponūtur due cōcluſiōes** propria opione. ¶ Pria ꝯcluſio Cuiuſlibet rei que ſucceſſiue ꝓducit̄ datur primū inſtās ſui eē in q̄ ipa primo erit: ⁊ ante qđ ipa nullo pacto erit: tamē cuiuſlibet illius quod erit in illo iſtāti aliquid erit añ idem inſtās. Prima pars ꝓbat̄ argumēto in oppoſitū: ⁊ ꝑ ea q̄ dicta ſunt declarādo hanc opinionē. Sed ſcđa pars ꝓbat̄ qꝛ cuiuſlibet illius qđ erit in illo inſtāti aliq̄ pars erit añ idem inſtans: qꝛ qđlibet illi⁹ ꝓducit̄ ſucceſſiue: ⁊ nō in illo inſtanti: nec poſt igr̄ añ illud inſtans: ⁊ ꝑ ꝯn̄s cuiuſlibet eius aliquid erit añ illud iſtans. Iteꝫ dato oppoſito ſeq̄retur ꝙ aliquid eius ſubito ꝓduceret̄ in inſtāti terminatiuo: ⁊ ſic totū nō ſucceſſiue produceret̄. ¶ Secunda cōcluſio. Quelibet res ſucceſſiue corrūpēda habebit primū inſtās nō eē in quo primo nō erit ſecundum ſe ⁊ qđlibet eius: ⁊ añ qđ ipa erit ſcđm ſe vl' aliquid ei⁹ ⁊ habebit ſiue habet vltimū eē ī quo veꝫ ipa eſt tota: et poſt quod nunq̄ erit ſcđm ſe totā. Hec cōcluſio ꝓbat̄ eo modo quo prima

**Sed pro ſecūda opinione ponitur talis** concluſio. Oīs res ſucceſſiue ꝓducenda erit eq̄ cito ſicut ꝓducetur: nec habebit ꝑmū inſtās ſui eſſe ante quod nullo modo erit: ſꝫ bñ habebit primum (ſaltem haberi p̄t) añ qđ in nullo inſtāti erit. Et oīs res ſucceſſiue corrūpenda nō hꝫ vltimū inſtās ſui eē poſt quod nullo mō erit: ſꝫ bñ habet vltimū inſtans ſui eē poſt quod in nullo inſtāti erit. Probat̄ pria pars ꝯcluſiōis qꝛ aliqua res eque cito erit producta ſicut ꝓducet̄ q̄ ꝓducet̄ ſucceſſiue: ⁊ nō eſt maior ratio de vna q̄ de alia: igr̄ quelibet ſucceſſiue ꝓducenda eque cito erit ꝓducta ſicut ꝓducet̄. Minor eſt nota: ⁊ maior ꝓbatur de ſono aut voce ꝓducenda Vox eīn ꝓducēda eq̄ cito erit ſic ꝓducet̄. iteꝫ ſicut deus poteſt creare vnū angelū in iſtanti p̄ñti ⁊ vnum īmediate poſt inſtās quod eſt p̄ñs: ita p̄ōt ꝓducere vnū īmediate añ inſtās quod eſt p̄ñs: ⁊ corrumpere eū in inſtāti qđ eſt p̄ñs: ita ꝙ in inſtanti quod ē p̄ñs non ſit: et tūc ille angelus ꝓduct⁹ immediate añ inſtans qđ eſt p̄ñs erit eq̄ cito ſicut ꝓducet̄ ⁊c. igit̄ illđ non eſt incōueniēs. Ꝯn̄s tñ pꝫ qꝛ non videt̄ maior rō ꝙ deus p̄ōt vnū ⁊ nō reliquū. Eodē modo ꝓbabis ſecūdam partem. Item oīa q̄ ſequūtur ex iſta pōne debēt cōcedi ab aduerſario: et incōueniētia que cōcedit aduerſari⁹ iſta pō minime admittit: igit̄ iſta opio ꝓbabilior eſt et vera. Ꝯn̄s patuit ex his q̄ dicta ſunt declarādo iſtam pōnem

**Ad rōnes ante oppoſitū. Ad primam** dictum eſt ibi vſq̧ ad vltimaꝫ replicā: ad quā reſpōdeo diſtinguēdo ꝙ aliquid p̄ōt ꝓduci qđ nunq̄ habebit oēs ſuas partes ſimul: aut aliqđ ſucceſſiuum et ſic ego cōcedo: aut ꝑmanēs et ſic ego nego. illđ eī repugnat nature rei permanentis.

**Ad ſecūdam rōnem reſponſum eſt ibi** vſq̧ ad vltimā replicā ad quā reſpondeo negando iſtam ꝯn̄am q̄libet pars ꝓportionalis ſecūdū hāc diuiſionē fuit producta ante finem huius hore: ergo oēs partes ꝓportionales fuerūt ꝓducte añ finē huius hore. Nec valet talis ꝯn̄a a ſingulari ad p̄le ſignanter in extrinſecis tp̄ibus vt logica docet.

¶ Ad primā cōfirmationē rn̄ſum eſt ibi vſq̧ ad re-

et tamen in nullo instanti erit. Probatur: et pono, quod albedo ut 4 in ista hora adaequate producatur successive, et corrumpatur in instanti terminativo horae, et desinat esse per primum non esse. Quo posito patet correlarium. ¶ Sequitur sexto, quod haec albedo iam non est et aliquando erit, et tamen haec albedo nec incipiet esse nec in tempore nec in instanti. Patet ex casu superioris correlarii. In nullo enim instanti incipit esse in tempore vel instanti, ut patet intuenti. ¶ Sequitur septimo, quod licet nulla res successive producenda incipit vel incipiet esse, quaelibet tamen res successive producenda permanens in instanti terminativo suae productionis incipit vel incipiet esse in instanti. Prima pars patet, quia ante quodlibet instans, in quo verum est dicere, haec qualitas successive producta est, fuit in tempore praecedenti, in quo successive producebatur, igitur talis res non incipit vel incipiet esse. Secunda pars probatur, quia in instanti terminativo suae productionis talis res incipit esse in instanti, quia licet antea fuerit in tempore, in nullo tamen instanti profuit. Igitur. ¶ Sequitur octavo Socratem per totam unam horam esse in gratia, et et tamen in eadem hora esse in p[uncto]. Probatur: et pono, quod deus praecipiat Socrati existenti in gratia, quod numquam diligat Platonem gradu dilectionis ut 4, concedat tamen ei, quod absque peccato possit eum diligere quolibet gradu citra 4. Quo posito incipiat Socrates intendere dilectionem Platonis per istam horam, ita quod, si maneret in instanti terminativo, haberet primo in illo dilectionem ut 4, sed tam nec ipse Socrates nec sua anima illam habeant in instanti terminativo. Quibus positis, arguitur sic: Socrates per totam illam horam erit in gratia, et in eadem hora erit in puncto, igitur correlarium verum. Maior probatur, quia in quolibet instanti intrinseco illius horae Socrates erit in gratia, cum in nullo illorum committat aut omittat. (In nullo enim instanti intrinseco diligit Platonem dilectione ut 4.) Igitur Socrates per totam illam horam erit in gratia. Sed minor probatur, quia in illa hora 4 gradus dilectionis erunt a Socrate producti per opinionem, et cum primum fuerunt producti, Socrates erit in puncto, igitur Socrates in illa hora erit in puncto. Et sic patet correlarium.

¶ Sequitur 9., quod Socrates damnabitur, et tamen per totam vitam suam fuit in gratia. Patet in casu superioris corelarii. Socrates damnabitur, cum fuerit in peccato, ut patet ex dictis. ¶ Haec omnia concedenda sunt tamquam correlaria huius positionis. Nec ea videri debent absurda, quandoquidem ea omnia adversa opinio cogitur concedere. Dividatur enim unum pedale uniformiter in hora futura, ita quod in instanti terminativo primo totum erit divisum, et sit linea terminans illud pedale in extremo posterius dividendo A. Quo posito A linea in ista hora adaequate erit divis[i]o, et tamen per nullum tempus nec in aliquo instanti erit divisio A linea. Item A linea modo non dividitur et aliquando dividetur, et tamen nec incipit nec incipiet dividi. Item A linea per totam illam horam est integra, quia in quolibet instanti intrinseco illius, et tamen in eadem hora dividetur et erit divisio. Et si dicas, quod in illo casu A linea non per totam illam horam est integra, quia non est integra in instanti terminativo eius. Modo secundum aliam positionem ad hoc, quod aliquid sit aliquale per aliquod tempus, requiritur, quod sit tale in quolibet instanti illius temporis, et intrinseco et extrinseco. Ponatur tunc, quod in instanti terminativo reproducatur subito illud pedale cum omnibus suis lineis. Quo posito A linea erit integra in quolibet instanti illius horae, et intrinseco et extrinseco, ut patet, dicet tamen opinans, quod in tali casu non dividetur linea. Ideo ponatur, quod deus praecipiat Socrati, quod diligat eum in aliquo instanti intrinseco huius horae futurae, et sit Socrates in gratia, et nihil committat per horam futuram, sed omittat diligere deum et decedat in instanti terminativo per primum non esse. Quo posito Socrates erit in ista hora futura adaequate in puncto, et tamen per nullum tempus nec in aliquo instanti. Sortes nunc non est in puncto, et aliquando erit in puncto, et tamen nec incipit nec incipiet esse | in puncto. Socrates per totam vitam suam erit in gratia et fine peccato saltem in quolibet instanti intrinseco suae vitae, et tamen Socrates dam[n]abitur. ¶ Hinc igitur constat ea omnia, quae haec opinio, puta Mantuani, concedit tanquam sequentia suam opinionem, oportet opinionem adversam itidem concedere et ea nec absurda esse nec philosophiae dissona.

His notatis ponuntur duae conclusiones pro prima opinione. ¶ Prima conclusio: cuiuslibet rei, quae successive producitur, datur primum instans sui esse, in quo ipsa primo erit, et ante quod ipsa nullo pacto erit, tamen cuiuslibet illius, quod erit in illo instanti, aliquid erit ante idem instans. Prima pars probatur argumento in oppositum, et per ea, quae dicta sunt declarando hanc opinionem. Sed secunda pars probatur, quia cuiuslibet illius, quod erit in illo instanti, aliqua pars erit ante idem instans, quia quodlibet illius producitur successive, et non in illo instanti nec post. Igitur ante illud instans, et per consequens cuiuslibet eius aliquid erit ante illud instans. Item dato opposito sequeretur, quod aliquid eius subito produceretur in instanti terminativo, et sic totum non successive produceretur. ¶ Secunda conclusio: quaelibet res successive corrumpenda habebit primum instans non esse, in quo primo non erit secundum se et quodlibet eius, et ante quod ipsa erit secundum se, vel aliquid eius et habebit sive habet ultimum esse, in quo videlicet ipsa est tota, et post quod nunquam erit secundum se totam. Haec conclusio probatur eo modo quo prima.

Sed pro secunda opinione ponitur talis conclusio: omnis res successive producenda erit aeque cito, sicut producetur, nec habebit primum instans sui esse, ante quod nullo modo erit, sed bene habebit primum, (saltem haberi potest) ante quod in nullo instanti erit. Et omnis res successive corrumpenda non habet ultimum instans sui esse, post quod nullo modo erit, sed bene habet ultimum instans sui esse, post quod in nullo instanti erit. Probatur prima pars conclusionis, quia aliqua res aeque cito erit producta, sicut producetur, quae producetur successive, et non est maior ratio de una quam de alia, igitur quaelibet successive producenda aeque cito erit producta, sicut producetur. Minor est nota, et maior probatur de sono aut voce producenda. Vox enim producenda aeque cito erit, sic[ut] producetur. Item sicut deus potest creare unum angelum in instanti praesenti et unum immediate post instans, quod est praesens, ita potest producere unum immediate ante instans, quod est praesens, et corrumpere eum in instanti, quod est praesens, ita quod in instanti, quod est praesens, non sit, et tunc ille angelus productus immediate ante instans, quod est praesens, erit aeque cito, sicut producetur et cetera, igitur illud non est inconveniens. Antecedens tamen patet, quia non videtur maior ratio, quod deus potest unum et non reliquum. Eodem modo probabis secundam partem. Item omnia, quae sequuntur ex ista potentiae, debent concedi ab adversario, et inconvenientia, quae concedit adversarius, ista positio minime admittit, igitur ista opinio probabilior est et vera. Antecedens patuit ex his, quae dicta sunt declarando istam positionem.

Ad rationes ante oppositum: ad primam dictum est ibi usque ad ultimam replicam, ad quam respondeo distinguendo, quod, [si] aliquid potest produci, quod nunquam habebit omnes suas partes simul, aut aliquod successivum, et sic ego concedo, aut permanens, et sic ego nego. Illud enim repugnat naturae rei permanentis.

Ad secundam rationem responsum est ibi usque ad ultimam replicam, ad quam respondeo negando istam consequentiam, qua[e]libet pars proportionalis secundum hanc divisionem fuit producta ante finem huius horae, ergo omnes partes proportionales fuerunt productae ante finem huius horae. Nec valet talis consequentia a singulari ad pl[erumqu]e signanter in extrinsecis temporibus, ut logica docet.

¶ Ad primam confirmationem responsum est ibi usque ad replicam,

plicam: ad rñdeo negãdo hãc ꝯñam hec albedo pro
ducet: ergo hec albedo añ finẽ huius hore ꝓducetur
vel in fine huiꝰ hore ꝓducet vel poſt finẽ (eſto ꝙ ſem
per determinatio determiet copulã) Tñ p̄io q2 de
mõſtrãdo in ꝯñti vnã horã q̃ nunꝗ̃ erit nec fuit nec ẽ
datur añs verũ: ⁊ ꝯñs fl'm. Tñ ſcd̃o q2 poſita a pte
añtis cõſtãtia illius hore future adhuc añs ẽ verum
⁊ ꝯñs falſum ex eo ꝙ determiatio determiãs copu
lã determinat ⁊ reſtrigit vtrũqꝫ extremũ ſubiectum
et p̄dicatũ vcꝫ. Si tñ talis determiatio ſubiectum
aut p̄dicatũ determinet cũ cõſtãtia illiꝰ hore futu-
re: illi ꝯñe annuẽdũ cenſeo. ¶ Ad ſecundã ꝯfirmatio
nẽ dictũ eſt ibi vſqꝫ ad ip̄robationẽ: ad quam rñdeo
cõcedẽdo ꝙ in illo inſtãti illa albedo eſt p̄imo ꝓdu
cta ab aliq̃: et cuꝫ addit: ⁊ nõ niſi a ſorte negat illa
mioꝛ. Imo dico ꝙ eſt tũc p̄io ꝓducta ab illo q̃ añs
ꝓducebat eã cũ ip̄o ſorte puta ab aliqua cã ſup̄iori
cõcurrẽte cũ ſorte agẽte actiõe imanẽte. Nec opoꝛ-
tet dare cãm particularẽ ſui ꝓductiꝰ eẽ: ſꝫ bñ dat cã
particularis ſue ſucceſſiue ꝓductiõis puta ip̄e ſoꝛ-
tes. ¶ Ad tertiã ꝯfirmationem rñdeo admiſſo caſu
negãdo maioꝛẽ: q2 nõ datur tota albedo q̃ fuit i ſoꝛ
te ſꝫ dat minima albedo quã ſoꝛtes nõ hẽbit in illa
hoꝛa: ⁊ illa eſt .4. graduũ q2 nunꝗ̃ hẽbit albedinem
4. graduũ: ⁊ quẽlibet minoꝛẽ hẽbit aliquãdo vel q̃
libet mioꝛi data hẽbit maioꝛẽ aliqñ minoꝛẽ tñ al-
bedine vt .4.

**Ad tertiam rõnem reſponſum eſt ibi**
vſqꝫ ad replicã ad quã rñdeo cõcedẽdo qꝺ infertur
v. ꝙ ſoꝛtes ⁊ pl'o in illo cãu equaliter p̄miabunt ⁊c.
Nec illud eſt incõueniẽs: aut cõtra maximã theolo-
goꝛũ qñ vnꝰ meret adequatũ p̄miũ vl' habuit adeq̃
tũ meritũ: alter vero quodlibet citra illud habuit.
Uñ ad hoc ꝙ aliq̇s p̄emiet vt .4. adequate ſatis eſt
ꝙ ip̄e quodlibet meritũ citra .4. habuerit. Nec req̃
ritur ꝙ ip̄e vel aĩa eiꝰ aliqꝺ habuerit meritũ vt .4.
vt bene ꝓbat replica. Et hec de dubio ꝓ cuius p̄in
cipali ꝯcluſiõe teneo ſcd̃aꝫ opiõnẽ puta mantuani
eſſe p̄obabilioꝛem.

**Ad ſecundum dubiũ arguitur ad par**
tem negatiuã et ſuppono duo. Primũ ꝙ in p̄opo
ſito loquoꝛ de ſucceſſiua calefactiõe tã inteſiua quã
extenſiua. Secũdũ ꝙ ad hoc ꝙ aliq̇d dicat albũ vel
alia qualitate qualificatũ in ſpẽ: requirit ꝙ maioꝛ
pars q̃ eius medietas ſit ſcd̃ꝫ ſe et quãlibet eiꝰ par
tem ſaltẽ ſup̄ficiãlẽ tali qualitate qualificata. Qui
bus ſuppoſitis ſic argumẽtoꝛ illud qꝺ ſucceſſiue ca
lefiet nec icipiet eẽ calidũ per p̄imũ eẽ nec p vltimũ
nõ eſſe: igitur nõ incipiet eẽ calidũ. Añs ꝓbatur ⁊ vo
lo ꝙ a. pedale icipiat in inſtãti p̄ñti acq̇rere ſucceſſi
ue caliditatẽ qua aliqñ denoiabit calidũ: et arguo
ſic a. in nullo inſtãti intriſeco alteratiõis icipiet eẽ
calidũ: nec i aliquo extriſeco p p̄imũ eẽ aut vltimũ
nõ eſſe: igit nõ incipiet eẽ calidũ. Añs ꝓbatur quia
de extriſeco notũ eſt: ⁊ de intriſeco arguit ſic quia
ſi in aliquo intriſeco inciperet maxime eẽt in inſtã
ti in quo p̄mo p̄ma medietas ipſiꝰ a. eſt ſecũdum ſe
et quodlibet ſui calefacta: ſꝫ hoc nõ: igit. Probat
minoꝛ q2 nullũ tale inſtãs eſt dabile: igit in tali nõ
incipit calefieri. Añs ꝓbat q2 ſi ſit dabile: ſignetur
illud: ⁊ ſit b. ⁊ arguit ſic in b. inſtãti p̄ia medietas
ipſius a. eſt ſecũdũ ſe ⁊ quodlibet ſui calefacta: igr
in extremitate eiꝰ eſt aliqua qualitas termiata ad
medietatẽ nõ calefactã ⁊ illa eſt alicuius intẽſionis
igitur in parte diſtãtioꝛi ab agẽte eſt qualitas mi-
noꝛis intẽſioꝛis: ⁊ qñ illa ꝓduceb atur ſucceſſiue iã
maioꝛ pars q̃ medietas erat calefacta: igr ante b.
inſtans illud coꝛpus erat calefactũ: ⁊ p ꝯñs in illo
inſtãti nõ incipit calefieri qꝺ fuit ꝓbandũ. ¶ Dices
foꝛte ⁊ bñ admiſſis ſuppõnibꝰ negãdo añs: ⁊ ad pũ
ctum ꝓbatiõis dices ꝙ in inſtãti in quo p̄io eſt verũ
dicere p̄imã medietatẽ eẽ calefactã ſecũdũ ſe ⁊ q̇libet ſui a. incipit calefieri p vltimũ nõ eſſe. Et cũ ꝓba
tur ꝙ nõ q2 nõ eſt dabile tale inſtãs negat illud et
ad ꝓbationẽ q2 q̃litas termiata ad medietatẽ non
calefactã eſt aliqualis intẽſiõis ꝯcedas illud: q2 in
tẽſionis diffoꝛmis terminate ad nõ gradũ: ⁊ cũ in
fertur: igr in parte remotioꝛi ab agẽte eſt iam ꝓdu
cta qualitas minoꝛis intẽſiõis: negabis illã ꝯñam
ſed opoꝛteret ſic argumẽtari qualitas terminata
ad ſecundã medietatẽ eſt aliqualis intẽſionis: ⁊ ter
minatur verſus ſecundã medietatẽ ad certũ gradũ
et nõ fuit impedimẽtũ vlterioꝛis ꝓductiõis: igr iam
aliqua pars vlterioꝛ eſt tali qualificata. Mõ nõ eſt
ſic in ꝓpoſito Imaginãdũ eſt eñ ꝙ p̄io agens ca-
lefactiuũ p ſucceſſiuã app̄roximatiõnẽ ꝓduxit qua
litatẽ vnifoꝛmiter diffoꝛmẽ vel diffoꝛmiter diffoꝛ-
mẽ (nõ eſt cura) ſucceſſiue a certo gradu vſqꝫ ad non
gradũ p p̄imã medietatẽ adequate: et quãdo p̄mo
verũ eſt dicere ꝙ talis caliditas eſt ꝓducta per p̄i
mã medietatẽ adequate a certo gradu i extremo ꝓ
pinquioꝛi vſqꝫ ad nõ gradũ i remiſſioꝛi ipſius p̄me
medietatis tunc tale coꝛpus incipit calefieri p vlti-
mum non eſſe.

Dicitur,

**Sed contra q2 ſi daretur tale inſtans**
in quo vcꝫ eſſet verũ dicere in hoc p̄ima medietas
huiꝰ coꝛpis eſt calida ſecũdũ ſe et quodlibet ſui: et
nõ imediate añ hoc ⁊c. ſeq̃retur talẽ caliditatem nõ
fuiſſe ſucceſſiue ꝓductã: et ſic nunꝗ̃ daret inceptio
denoiatiõis calidi cuius caliditas ſucceſſiue ꝓducit
qꝺ fuit ꝓbandũ. Seq̃la tñ ꝓbat: ⁊ pono ꝙ ſimꝰ i illo
inſtãti: et arguo ſic caliditas huiꝰ medietatis cũ ſit
alicuius intẽſionis hꝫ duas medietates in quas di
uiſibilis eſt ſcd̃m intẽſionẽ: ⁊ vna nõ fuit ꝓducta añ
alterã: igit nõ ſucceſſiue ꝓducebatur talis caliditas
Coñ eſt nota ⁊ mioꝛ ꝓbatur: q2 ſi vna illarum me
dietatũ fuit ꝓducta añ alterã ſignetur p̄ius p̄odu
cta ⁊ ſit a. et arguo ſic qñ a. fuit ꝓducta iã p̄ima me
dietas illius coꝛpis erat totaliter calida: q2 illa ex
tenditur p totam p̄imã medietatẽ: ⁊ illa medietas
caliditatis eſt ꝓducta añ ſecũdã medietatẽ: g̃ añq̃
caliditas cõpoſita ex his duabꝰ medietatibꝰ ſit ꝓ
ducta iã medietas p̄ima illius coꝛpoꝛis erat cale
facta quod fuit negatũ: igr ſi illa ꝓducit ſucceſſiue
iã nõ dabitur inſtãs in quo tale coꝛpus icipit deno
minari calidũ. ¶ Dices ⁊ bene negando ſeq̃lam: et
ad ꝓbationẽ cõcedes ꝙ vna medietas intẽſiua non
fuit p̄ius ꝓducta q̃ altera et cũ infertur: ergo non
ſucceſſiue ꝓducebatur illa caliditas nego illã ꝯñaꝫ
Et rõ eſt q2 q̃uis vna medietas intẽſiua nõ p̄us fuit
ꝓducta q̃ altera tñ ſignabiles ſunt infinite partes
illius caliditatis quarũ p̄ima ꝓducta eſt ante ſecũ
dã: et ſecunda añ tertiã ⁊ tertia añ quartã et ꝯñter
et talis partes ſe penetrãt vt ſignãdo p̄o p̄ia par
te totã caliditatẽ ꝓductã in p̄ima parte ꝓpoꝛtio-
nali tpis: ⁊ p̄o ſecunda ꝓductã in ſcd̃a parte ꝓpoꝛ
tionali tpis ⁊ ſic ꝯñter. ¶ Sed cõtra q2 de rõne illiꝰ
quod ſucceſſiue ꝓducitur eſt ꝙ q̃libet eius pars añ
alterã ꝓducatur: igr ſi alicuius rei due partes eq̃
p̄imo ſint ꝓducte illud nõ ſucceſſiue ꝓducitur: et p
ꝯñs talis caliditas nõ ſucceſſiue p̄oducitur quod
fuit p̄obandum.

Dicitur,

**Secundo ad idẽ arguitur ſic. Nulla**
qualitas poteſt ſucceſſiue p̄oduci igr titulus dubii
ſupponit falſum. Aſſumptũ p̄obatur q2 ſi aliqua
qualitas poſſet ſucceſſiue p̄oduci: eitiꝰ p̄oducere

respondeo negando ha[n]c consequentiam, haec albedo producetur, ergo haec albedo ante finem huius horae producetur vel in fine huius horae producetur vel post finem, (esto, quod semper determinatio determinet copulam.) Tamen primo, quod demonstrando in consequenti unam horam, quae numquam erit nec fuit nec est, datur antecedens verum, et consequens falsum. Tamen secundo, quia posita a parte antecedentis constantia illius horae futurae adhuc antecedens est verum, et consequens falsum ex eo, quod determinatio determinas copulam determinat et restringit utrumque extremum subiectum et praedicatum, videlicet si tamen talis determinatio subiectum aut praedicatum determinet cum constantia illius horae futurae, illi consequentiae annuendum censeo. ¶ Ad secundam confirmationem dictum est ibi usque ad improbationem, ad quam respondeo concedendo, quod in illo instanti illa albedo est primo producta ab aliquo, et cum additur, et non, nisi a Socrate. Negatur illa minor. Immo dico, quod est tunc primo producta ab illo, qui antea producebat eam cum ipso Socrate, puta ab aliqua causa superiori concurrente cum Socrate agente actione immanente. Nec oportet dare causam particularem sui producti esse, sed bene datur causa particularis suae successivae productionis, puta ipse Socrates. ¶ Ad tertiam confirmationem respondeo admisso casu negando maiorem, quia non datur tota albedo, quae fuit in Socrate, sed datur mi[n]ima albedo, quam Socrates non habebit in illa hora, et illa est 4 graduum, quia nunquam habebit albedinem 4 graduum, et quemlibet minorem habebit aliquando, vel qualibet minori data habebit maiorem aliquando, minorem tamen albedine ut 4.

Ad tertiam rationem responsum est ibi usque ad replicam, ad quam respondeo concedendo, quod infertur, v[idelicet] quod Socrates et Plato in illo casu aequaliter praemiabuntur et cetera. Nec illud est inconveniens aut contra maximam theologorum, quando unus meretur adequatum praemium vel habuit adequatum meritum, alter vero quodlibet citra illud habuit. Unde ad hoc quod aliquis praemietur ut 4 adaequate, satis est, quod ipse quodlibet meritum citra 4 habuerit. Nec requiritur, quod ipse vel anima eius aliquod habuerit meritum ut 4, ut bene probat replica. Et haec de dubio pro cuius principali conclusione teneo secundam opinionem, puta Mantuani esse probabiliorem.

Ad secundum dubium arguitur ad partem negativam, et suppono duo. Primum, quod in proposito loquor de successiva calefactione tam intensiva quam extensiva. Secundum, quod ad hoc, quod aliquod dicatur album vel alia qualitate qualificatum in specie, requiritur, quod maior pars quam eius medietas sic secundum se et quamlibet eius partem saltem superficialem tali qualitate qualificata [est]. Quibus suppositis sic argumentor: illud, quod successive calefiet, nec incipiet esse calidum per primum esse nec per ultimum non esse, igitur non incipiet esse calidum. Antecedens probatur: et volo, quod A pedale incipiat in instanti praesenti acquirere successive caliditatem, qua aliquando denominabitur calidum, et arguo sic: A in nullo instanti intrinseco alterationis incipiet esse calidum, nec in aliquo extrinseco per primum esse aut ultimum non esse, igitur non incipiet esse calidum. Antecedens probatur, quia de extrinseco notum est, et de intrinseco arguitur sic, quia si in aliquo intrinseco inciperet maxime essent in instanti, in quo primo prima medietas ipsius A est secundum se et quodlibet sui calefacta, sed hoc non. Igitur. Probatur minor, quia nullum tale instans est dabile, igitur in tali non incipit calefieri. Antecedens probatur, quia si sit dabile, signetur illud, et sit B, et arguitur sic: in B instanti prima medietas ipsius A est secundum se et quodlibet sui calefacta, igitur in extremitate eius est aliqua qualitas terminata ad medietatem non calefactam, et illa est alicuius intensionis, igitur in parte distantiori ab agente est qualitas minoris intensioris, et quando illa producebatur successive, iam maior pars quam medietas erat calefacta, igitur ante B instans illud corpus erat calefactum, et per consequens in illo | instanti non incipit calefieri. Quod fuit probandum. ¶ Dices forte bene admissis suppositionibus negando antecedens, et ad punctum probationis dices, quod in instanti, in quo primo est, verum dicere primam medietatem esse calefactam secundum se, et quodlilet sui A incipit calefieri per ultimum non esse. Et cum probatur, quod non, quia non est dabile tale instans, negatur illud et ad probatio[n]em, quia qualitas terminata ad medietatem non calefactam est aliqualis intensionis, concedas illud, quia intensionis difformis terminatae ad non gradum, et cum infertur, igitur in parte remotiori ab agente est iam producta qualitas minoris intensionis, negabis illam consequentiam, sed oporteret sic argumentari: qualitas terminata ad secundam medietatem est aliqualis intensionis, et terminatur versus secundam medietatem ad certum gradum, et non fuit impedimentum ulterioris productionis, igitur iam aliqua pars ulterior est tali qualificata. Modo non est sic in proposito. Imaginandum est enim, quod primo agens calefactivum per successivam approximationem produxit qualitatem uniformiter difformem vel difformiter difformem – non est cura – successive a certo gradu usque ad no[n] gradum per primam medietatem adaequate, et quando primo verum est dicere, quod talis caliditas est producta per primam medietatem adaequate a certo gradu in extremo propinquiori usque ad non gradum in remissiori ipsius primae medietatis, tunc tale corpus incipit calefieri per ultimum non esse.

Sed contra, quia si daretur tale instans, in quo videlicet esset verum dicere: in hoc prima medietas huius corporis est calida secundum se et quodlibet sui et non immediate ante hoc et cetera, sequiretur talem caliditatem non fuisse successive productam, et sic nunquam daretur inceptio denominationis calidi, cuius caliditas successive producitur. Quod fuit probandum. Sequela tamen probatur: et pono, quod simus in illo instanti, et arguo sic: caliditas huius medietatis, cum sit alicuius intensionis, habet duas medietates, in quas divisibilis est secundum intensionem, et una non fuit producta ante alteram, igitur non successive producebatur talis caliditas. Consequentia est nota, et minor probatur, quia si una illarum medietatum fuit producta ante alteram, signetur prius producta, et sit A, et arguo sic: quando A fuit producta, tam prima medietas illius corporis erat totaliter calida, quia illa extenditur per totam primam medietatem, et illa medietas caliditatis est producta ante secundam medietatem, ergo antea quam caliditas composita ex his duabus medietatibus sit producta, tam medietas prima illius corporis erat calefacta, quod fuit negatum, igitur si illa producitur successive, iam non dabitur instans, in quo tale corpus incipit denominari calidum. ¶ Dices et bene negando sequelam, et ad probationem concedes, quod una medietas intensiua non fuit prius producta quam altera, et cum infertur, ergo non successive producebatur illa caliditas, nego illam consequentiam: et ratio est, quia quamvis una medietas intensius non prius fuit producta quam altera, tamen signabiles sunt infinitae partes illius caliditatis, quarum prima producta est ante secundam, et secunda ante tertiam, et tertia ante quartam et consequenter, et talis partes se penetrant ut signando pro prima parte totam caliditatem productam in prima parte proportionali temporis et pro secunda productam in secunda parte proportionali temporis et sic consequenter. ¶ Sed contra, quia de ratione illius, quod successive prod[u]citur, est, quod quaelibet eius pars ante alteram producatur, igitur si alicuius rei duae partes aeque primo sint productae, illud non successive producitur, et per consequens talis caliditas non successive producitur. Quod fuit probandum.

Secundo ad idem arguitur sic: nulla qualitas potest successive produci, igitur titulus dubii supponit falsum. Assumptum probatur, quia si aliqua qualitas posset successive produci, citius produceretur

tur vnꝰ gradus ꝙ alter. Cōña eſt nota qꝛ alias nō
ſucceſſiue ꝓduceretur illa qualitas: ⁊ falſitas ꝯñtis
oſ̄ditur qꝛ ſi citiꝰ ꝓduceret vnꝰ gradus ꝙ alter citiꝰ
ꝓduceretur gradus medius ꝙ gradus vltramediꝰ
ſ3 ꝯñs eſt falſuꝫ igiꝭ illud ex quo ſeqtur. Sequela vi
detur apparēs: qꝛ ſi vnꝰ gradus ꝓduceret añ alte-
rū: ⁊ mediꝰ nō ꝓduciꝭ poſt gradum vltramediū: ſe-
quitur ꝙ ꝓduceretur ante. S3 falſitas ꝯñtis ꝓba-
tur qꝛ nullus gradus medius citiꝰ producetur ſuc-
ceſſiue ꝙ gradus vltramedius: igiꝭ nō citiꝰ ꝓducetur
gradus mediꝰ ꝙ gradus vltramedius. Cōña pꝫ ab
equiualētibꝰ: ⁊ añs ꝓbaꝭ: qꝛ da oppoſitū: ⁊ ſigneꝭ
ille gradus medius ⁊ ſit a. et arguo ſic. aliqs gradꝰ
vltramediꝰ ita cito ꝓducetur ſicut a. igiꝭ a. nō citius
ꝓducetur ꝙ gradus vltramediꝰ. Cōña pꝫ: ⁊ ꝓbatur
añs: et capio b. inſtās in quo nondū erit ꝓductꝰ gra
dus medius: et ſigno gradū vnū vltramediū adhuc
ꝓducendū cuiꝰ tñ qͥlitas ꝓducta in b. inſtanti eſt ps
et arguo ſic iſte gradus vltramedius ſignatus ita
cito ꝓducetur ſicut a. cū imediate poſt inſtans ītia
tiuū alteratiōis ꝓducetur aliqua eiꝰ pars puta illa
que erit producta in b. inſtanti: et a. nō pōt citiꝰ pro
duci cū caſu ꝙ imediate poſt idē inſtās: igiꝭ aliquis
gradus vltramedius ita cito ꝓducitur ſicut a. quod
fuit probanduꝫ. Tota deductio patet intuenti.

¶ Dices ⁊ bñ negando añs: ⁊ ad ꝓbationē nego ſe
quelam: qꝛ ly alter diſtribuitur: et ad probationeꝫ
nego ꝙ alias nō ſucceſſiue ꝓduceret talis qualitas
Ad hoc eñ ꝙ aliquid habēs partes ſucceſſiue ꝓdu
catur reqriꝭ et ſufficit ꝙ ipm producaꝭ: et nulla eiꝰ
pars ſubito producatur. ¶ Ex quo ſeqtur ꝙ in pro
ductiōe ſucceſſiua qualitatis vſq3 ad ſūmū ante quē
libet gradū mediū productꝰ eſt medius: ⁊ añ quēli
bet gradū mediū productꝰ eſt gradus vltramedius
et añ quēlibet gradū vltramediū ꝓductꝰ eſt gradꝰ
vltramedius ⁊c̄. Probatur qꝛ ante quēlibet gradū
productū ꝑ aliquā partē ſubiecti ꝓductꝰ eſt gradus
equalis intēſiōis ꝑ minorē partē propīquiorē agē
ti: ⁊ cuiuſcūq3 intēſionis gradu ſignato in pūcto ꝓ
pinquiori citiꝰ productus eſt gradus eiuſdē intēſio
nis ꝙ ille ſignatꝰ: ⁊ ſic anteꝙ productꝰ eſt ille gra-
dus ſignatꝰ productꝰ eſt in puncto illo ꝓpinquiori
gradus maioris intēſionis: igiꝭ correlariū verum.
¶ Seqtur ſcḋo ꝙ in ſucceſſiua ꝓductiōe qualitatis
a nō gradu vſq3 ad ſummū quocūq3 gradu ſignato
cuius vis intēſiōis gradus ita cito produciꝭ ſicut il
le ſignatus. Pꝫ hoc aſpicienti ꝙ cuiuſcūq3 intēſiōis
gradus in īfinitū parua intēſio eſt pars: hoc addi-
to ꝙ ꝙ cito alicuius aliqua pars ꝓduciꝭ tā cito ipm
produciꝭ. ¶ Seqtur tertio ꝙ in tali ꝓductiōe ſucceſ
ſiua quo ad ſubiectū nō citiꝰ ꝓduceꝭ gradus mediꝰ
ꝙ gradus vltramedius. Probaꝭ ex exponētibus: ⁊
correlario priori. ¶ Sed cōtra et ſuppono intēſio-
nē difformiū debere attēdi penes gradū ſummum
aut minimū quē nō hꝫ: ⁊ arguo ſic in inſtāti in quo
primū eſt verū dicere ꝙ in paſſo eſt ꝓducta qualitas
a gradu medio vſq3 ad certū gdū minorē vel nō gdū
in illo productꝰ eſt gradus medius ex ſuppoſito: et
adhuc nullus gradus vltramediꝰ: igiꝭ citiꝰ produ-
ctus eſt gradus mediꝰ ꝙ gradus vltramedius: ⁊ ꝑ
ꝯñs primū correlariū fſm. Itē vt ſupius dictū ē poſ
ſibile eſt agens naturale eq̄ velociter agere in ꝓpi
quū ſicut in remotū: igiꝭ ſtat gradū mediū produci
ante quēlibet vltramediū. Nā in aliquo īſtanti erit
primo gradus mediꝰ in aliq̄ pūcto ſubiecti: et ī eo-
dē inſtāti erit in quolibet puncto: et nullꝰ vltrame-
dius vt cōſtat igiꝭ.

**In oppoſituꝫ arguitur ſic quodlibet**
corpus quod ſucceſſiue calefiet incipiet eſſe calidū:
igitur. Aſſumptū probaꝭ: et ſit a. corpus qḋ ſucceſ-
ſiue calefit: et per talē calefactiōnē ſucceſſiuā aliqñ
erit calidū: et argiꝭ ſic iſte due ꝯdictorie a. eſt calidū
a. nō eſt calidū ſucceſſiue vificāꝭ capio igiꝭ totū tem
pus ꝑ quod vificabiꝭ affirmatiua: ⁊ totū ꝑ qḋ vifi-
cabit negatiua: et arguo ſic vel in inſtāti medio illo
rum duorū tꝑm affirmatiua eſt vā vl negatiā. Si af
firmatiua: ſeqtur ꝙ a. incipit eē calidū ꝑ primū eſſe
qꝛ in illo eſt calidū et nō ante. Si negatiua: manife
ſtum eſt ꝙ a. incipit eē calidū ꝑ vltimū nō eē: igitur
ſi a. ſucceſſiue calefiet ⁊ denoiabiꝭ calidū: ipſum in
cipiet eē calidum qḋ fuit probādum.

**Pro ſolutione huiꝰ dubij ſciendū eſt**
ꝙ propriū eſt qualitati ſuū ſubiectū denoīare qua
le. Vñ phūs in p̄dicamētis. Qualitas eſt ſcḋm quā
quales eē dicimur. S3 cū nō quātulacūq3 qualitas ī
ſubiecto videaꝭ ſufficere ad denoīandū illḋ ſubie-
ctum quale: cū albedo dentiū ethiopis non ſufficit
ethiopē denoīare albū: dubiū eſt quāta albedo re-
quiriꝭ in ſubiecto vt ſubiectū dicatur album. Unde
de hoc due ſunt opiones. Prima eſt calculatoris ī
multis locis inuentis ex ſuo modo argumētandi ꝙ
ꝙtūcūq3 parua qualitas ſufficit denoīare ſuū ſub
iectū quale ſpecifice ſaltē in corpore finito: dūmo-
do nō impediaꝭ a ſuo ꝯrio in eodē ſubiecto. Alia ē
pauli veneti in ſcḋo dubio ſue q̄draturе capite. 13°. Paulus venetus.
dicentis ꝙ ad hoc ꝙ hō ſit albus ſufficit ꝙ maior
pars ſupficialis ſue faciei ꝙ medietas ſit alba: ⁊ ēt
hoc requiriꝭ. ⁊ ad hoc ꝙ aiatū nō hō piloſuꝫ vel pē-
noſum ſit album reqriꝭ ⁊ ſufficit maiorem partē ex
tremalē piloꝝ vel pēnarū ſcḋm ſe totā eē albam: et
ad hoc ꝙ brutū nec piloſum nec pēnoſum ſiue aliḋ
inaiatum ſeu aiatū ſolū vegetatiue ſit albū reqriꝭ
et ſufficit maiorē partē ſupficialē ſcḋm ſe totā eē al
bam. Et vt id dicā qḋ ſentio totū hoc ſtat ad nomē:
⁊ ad placitū potētis imponere iſtū terim albuꝫ ad
ſignādū. Nā poteſt imponi ꝙ nichil dicatur album
niſi hēat albedinē vltra medietatē non habēdo re-
ſpectum ad ſupficieꝫ. vel niſi habeat albedinē ꝑ to
tum. vel ꝙ ſufficit habere ꝙtūcunq3 parū de albedi
ne. Jmo ſcḋm opionē pauli aliqḋ diceretur album
cuiꝰ nulla pars eſt alba. Nā olor hñs pēnas albas
cuius tamē cutis eſt nigerrima dꝭ albus ꝓpter albe-
dinem ſuaꝝ pēnarū q̄ non ſunt partes oloris: ⁊ ſic
pōt ſignari vna pars oloris alba q̄ nichil habet al
bedinis in ſe: ſ3 dꝭ alba ꝙ ſue plume ſint albe.

**His ſuppoſitis reſpōdeo ad dubiū ꝑ**
4. cōcluſiones. ¶ Prīa cōcluſio. Tenēdo opionem
calculatoris oē corpus qḋ q̄lificabiꝭ ſucceſſiue non
habēs ꝯriū forme inducēde incipiet qualificari ſiue
eſſe qualificatū ſpecifice ꝑ vltimū inſtās nō eē. Pro
batur hec ꝯcluſio qm̄ qḋlibet tale corpus imediate
poſt inſtās initiatiuū actiōis habebit aliquā talem
qualitatē: igiꝭ imediate poſt illḋ inſtās quodlibet
tale erit calidū. Patet qꝛ ex opione quātulacunq3
qualitas nō ꝑmixta ꝯtrario ſufficit ad denoīatio-
nem. ¶ Secunda cōcluſio. Tenēdo reqri partē ma-
iorē medietate ſcḋm ſe ⁊ qḋlibet ſui ſaltē ſupficiale
debere eē q̄lificatā ad hoc ꝙ totū corpꝰ dicaꝭ q̄lifi-
tū ſpecifice: qḋl3 corpꝰ ſucceſſiue calefiēdū ⁊ denoīan
dū calidū icipit aut icipiet eē calidū ꝑ vltimū nō eē.
Hec ꝯ° ſatis pꝫ ex prio argumēto añ oppoſituꝫ: qꝛ ī
īſtanti in quo primo veꝝ eſt dicere vnā medietatē ſu
perficialē eſſe calidā ſm ſe ⁊ qḋlibet ſui: in illo veꝝ
eſt dicere ꝙ totum corpus nō eſt calidum ⁊ imedia-
te poſt illud inſtans totum corpus erit calidum cū
maior pars ſupficialis ꝙ medietas imediate poſt
hoc erit calida ſcḋm quodlibet ſui.

unus gradus quam alter. Consequentia est nota, quia alias non successive produceretur illa qualitas, et falsitas consequentis ostenditur, quia si citius produceretur unus gradus quam alter, citius produceretur gradus medius quam gradus ultramedius, sed consequens est falsum, igitur illud, ex quo sequitur. Sequela videtur apparens, quia si unus gradus produceretur ante alterum, et medius non producitur post gradum ultramedium, sequitur, quod produceretur ante. Sed falsitas consequentis probatur, quia nullus gradus medius citius producetur successive quam gradus ultramedius, igitur non citius producetur gradus medius quam gradus ultramedius. Consequentia patet ab aequivalentibus, et antecedens probatur, quia da oppositum, et signetur ille gradus medius, et sit A, et arguo sic: aliquis gradus ultramedius ita cito producetur sicut A, igitur A non citius producetur quam gradus ultramedius. Consequentia patet, et probatur antecedens, et capio B instans, in quo nondum erit productus gradus medius, et signo gradum unum ultramedium adhuc producendum, cuius tamen qualitas producta in B instanti est pars, et arguo sic: iste gradus ultramedius signatus ita cito producetur sicut A, cum immediate post instans initiativum alterationis producetur aliqua eius pars, puta illa, quae erit producta in B instanti, et A non potest citius produci cum casu quam immediate post idem instans, igitur aliquis gradus ultramedius ita cito producitur sicut A. Quod fuit probandum. Tota deductio patet intuenti.

¶ Dices et bene negando antecedens, et ad probationem nego sequelam, quia ly „alter“ distribuitur, et ad probationem nego, quod alias non successive produceretur talis qualitas. Ad hoc enim, quod aliquid habens partes successive producatur, requiritur et sufficit, quod ipsum producatur, et nulla eius pars subito producatur. ¶ Ex quo sequitur, quod in productione successiva qualitatis usque ad summum ante quemlibet gradum medium productus est medius, et ante quemlibet gradum medium productus est gradus ultramedius, et ante quemlibet gradum ultramedium productus est gradus ultramedius et cetera. Probatur, quia ante quemlibet gradum productum per aliquam partem subiecti productus est gradus aequalis intensionis per minorem partem propinquiorem agenti, et cuiuscumque intensionis gradu signato in puncto propinquiori citius productus est gradus eiusdem intensionis quam ille signatus, et sic antequam productus est ille gradus signatus productus est in puncto illo propinquiori gradus maioris intensionis, igitur correlarium verum. ¶ Sequitur secundo, quod in successiva productione qualitatis a non gradu usque ad summum quocumque gradu signato, cuius vis intensionis gradus ita cito producitur sicut ille signatus. Patet hoc aspicienti, quod cuiuscumque intensionis gradus in infinitum parva intensio est pars, hoc addito, quod quam cito alicuius aliqua pars producitur, tam cito ipsum producitur. ¶ Sequitur tertio, quod in tali productione successiva quoad subiectum non citius producetur gradus medius quam gradus ultramedius. Probatur ex exponentibus, et correlario priori. ¶ Sed contra, et suppono intensionem difformium debere attendi penes gradum summum aut minimum, quem non habet, et arguo sic: in instanti, in quo primum est, verum dicere, quod in passo est producta qualitas a gradu medio usque ad certum gradum minorem, vel non gradum in illo productus est gradus medius ex supposito et adhuc nullus gradus ultramedius, igitur citius productus est gradus medius quam gradus ultramedius, et per consequens primum correlarium falsum. Item, ut superius dictum est, possibile est agens naturale aeque velociter agere in propinquum sicut in remotum, igitur stat gradum medium produci ante quemlibet ultramedium. Nam in aliquo instanti erit primo gradus medius in aliquo puncto subiecti, et in eodem instanti erit in quolibet puncto, et nullus ultramedius, ut constat, igitur.

In oppositum arguitur sic: quodlibet corpus, quod successive calefiet, incipiet esse calidum. | Igitur. Assumptum probatur: et sit A corpus, quod successive calefit, et per talem calefactionem successivam aliquando erit calidum, et arguitur sic: iste duae contradictioriae, A est calidum, A non est calidum successive, verificantur, capio igitur totum tempus, per quod verficabitur affirmativa, et totum, per quod verificabit negativa, et arguo sic: vel in instanti medio illorum duorum temporum affirmativa est vera, vel negat[iv]a. Si affirmativa, sequitur, quod A incipit esse calidum per primum esse, quia in illo est calidum et non ante. Si negativa, manifestum est, quod A incipit esse calidum per ultimum non esse, igitur si A successive calefiet et denominabitur calidum, ipsum incipiet esse calidum. Quod fuit probandum.

Pro solutione huius dubii sciendum est, quod proprium est qualitati suum subiectum denominare quale. Unde philosophus in praedicamentis: qualitas est, secundum quam quales esse dicimur. Sed e[a] non quantulacumque qualitas in subiecto videatur sufficere ad denominandum illud subiectum quale, cum albedo dentium Aethiopis non sufficit Aethiopem denominare album, dubium est, quanta albedo requiritur in subiecto, ut subiectum dicatur album. Unde de hoc duae sunt opiniones. Prima est calculatoris in multis locis innuentis ex suo modo argumentandi, quod quant[a]cumque parva qualitas sufficit denominare suum subiectum quale specifice saltem in corpore finito, dummodo non impediatur a suo contrario in eodem subiecto. Alia est Pauli Veneti in secundo dubio suae quadraturae, capite 13., dicentis, quod ad hoc, quod homo sit albus, sufficit, quod maior pars superficialis suae faciei quam medietas sit alba, et etiam hoc requiritur. Et ad hoc, quod animatum non homo pilosum vel pennosum sit album, requirit et sufficit maiorem partem extremalem pilorum vel pennarum secundum se totam esse albam, et ad hoc, quod brutum nec pilosum nec pennosum sive aliud in animatum seu animatum solum vegetative sit album, requiritur et sufficit maiorem partem superficialem secundum se totam esse albam. Et ut id dicam, quod sentio totum hoc stat ad nomen et ad placitum potentis imponere istum terminum album ad signandum. Nam potest imponi, quod nihil dicatur album, nisi habeat albedinem ultra medietatem non habendo respectum ad superficiem, vel nisi habeat albedinem per totum, vel quod sufficit habere quantumcumque parum de albedine. Immo secundum opinionem Pauli aliquid diceretur album, cuius nulla pars est alba. Nam olor habens pennas albas, cuius tamen cutis est nigerrima, dicitur albus propter albedinem suarum pennarum, quae non sunt partes oloris, et sic potest signari una pars oloris alba, quae nihil habet albedinis in se, sed dicitur alba, quod suae plumae sint albae.

His suppositis respondeo ad dubium per 4 conclusiones. ¶ Prima conclusio: tenendo opinionem calculatoris omne corpus, quod qualificabitur successive, non habens contrarium formae inducendae incipiet qualificari sive esse qualificatum specifice per ultimum instans non esse. Probatur haec conclusio, quam quodlibet tale corpus immediate post instans initiativum actionis habebit aliquam talem qualitatem, igitur immediate post illud instans quodlibet tale erit calidum. Patet, quia ex opinione quantulacumque qualitas non permixta contrario sufficit ad denominationem. ¶ Secunda conclusio: tenendo requiri partem maiorem medietate secundum se et quodlibet sui saltem superficiale debere esse qualificatam ad hoc, quod totum corpus dicatur qualifitum specifice, quodlibet corpus successive calefiendum et denominandum calidum incipit aut incipiet esse calidum per ultimum non esse. Haec conclusio satis patet ex primo argumento ante oppositum, quia in instanti, in quo primo verum est dicere unam medietatem superficialem esse calidam secundum se et quodlibet sui, in illo verum est dicere, quod totum corpus non est calidum, et immediate post illud instans totum corpus erit calidum, cum maior pars superficialis quam medietas immediate post hoc erit calida secundum quodlibet sui.

¶ Tertia ꝯcluſio. Tenēdo qualitates ꝯrias ſe ꝯpati in gradibus remiſſ. id qđ ſucceſſiue calefit ꝑ itroductionē caliditatis: ⁊ eq̄ velocē corruptionē frigiditatis incipit vocari calidū ꝑ vltimū inſtās nō eſſe. ¶ Probatur hec ꝯcluſio qꝛ in tpe illo alterationis deueniēdū eſt ad aliquod inſtās in quo adeq̄te tantū nata eſt denoīare caliditas, ſicut frigiditas. ſit igr̄ illud inſtans a. et argr̄ ſic in inſtāti a. illud corpus nec eſt calidū nec frigidū: qꝛ qualitates ꝯrie ſe mutuo adequate impediūt in a. inſtanti in denoīationibus ſuis: ⁊ imediate poſt a. inſtās illud corp9 erit calidū cū imediate poſt a. inſtēs itroducet aliquid caliditat; igr̄ in inſtāti a. illud corp9 incipit eē calidū per vltimū nō eē qđ fuit ꝓbandū. Aſſumptū tamen ꝓbat vʒ ꝙ deueniendū ſit ad aliquod inſtans in quo adeq̄te tm̄ nata eſt denoīare caliditas ſicut frigiditas: qꝛ in pricipio alteratōis frigiditas magis denoiat q̄ nata ſit denoīare caliditas vt pʒ cū in infinitū parua ſit caliditas in pricipio alterationis ⁊ denoīatio caliditatis cōtinuo ſucceſſiue creſcit ꝯtinuo: et denoīatio frigiditatis ſucceſſiue cōtinuo decreſcit igr̄ ad aliqđ inſtās aveniunt ad equalitatē qđ fuit ꝓbandū. ¶ Patet ꝯñ qꝛ min9 ſuo maiori ſucceſſiue cōtinuo nō pōt fieri maius qui aliqñ ſit equale illi qđ mō eſt maius eo, ſiue maius q̄ſcat ſiue nō: igitur. ¶ Quarta ꝯcluſio. Si aliquod infinitū calefiat ſucceſſiue calefieri ipſum caleſiet hoc ē incipiet eē calidū ꝑ primū inſtās eē etiā ſecūdū opinionē Suiſeth. Probat qꝛ in quolʒ inſtāti intriſeco alteratiōis añ q̄ ꝑ totū ſit qualitas ꝓciſe finita pars illius erit q̄leficata: ⁊ reſtabit infinita q̄lificanda: igr̄ in nullo tali inſtāti intriſeco illud corp9 infinitū incipiet eē calidū. Pʒ ꝯñ qꝛ etiā vt opiat Suiſeth qualitas corpis infiniti exñs in parte finita nichil facit ad totius denoīationē: ⁊ ꝑ ꝯñs in inſtanti in quo primo erit verū dicere ꝙ qualitas eſt ꝑ totū illud corp9 infinitū: illud corp9 infinitū incipiet eē calidū ꝑ primū inſtās eē qđ fuit ꝓbandum. Poſſint hic inferri multa ⁊ diuerſa correlaria ſecūdū diuerſitatē pōnū de denoīationib9 ꝑtiū de ꝑtiū denoīationū inceptiōe ⁊ multa alia q̄ infert paul9 venetus loco preallegato: ⁊ hētiſber in illō ſophiſmate.. 5°. oīs hō qui eſt albus currit: ⁊ ſil'r ſuus cōmentator: ſed grā breuitatis ſupſedeo facile em̄ patent perſpiciori ingenio. Et per hoc patʒ ſufficiēter reſponſio ad dubium.

Suiſeth' — hētiſber,

## Ad rōnes dubij ante oppoſitū. Ad primā

reſpōſum eſt ibi vſq; ad vltimā replicā ad quaʒ reſpondeo dupl'r. Primo negando añs qꝛ motus ſaltē ſcđm diſtinguētes eū a mobili ⁊ ſonus ꝓducitur ſucceſſiue: et tm̄ nō quelibet ei9 pars ꝓducit ante quālibet aliam qꝛ alique ꝑtes ſcđm extēſionē ꝓducūtur ſil'. Duplices nāq; ſunt partes motus ſecūdum extenſionem ſubiecti et ſecundū ſucceſſionem. Primo em̄ ſunt ſimul: licet nō ſecūde. Dico tm̄ ſcđo concedēdo añs ⁊ negando ꝯñam. Et rō eſt qꝛ nō eſt de rōne ſucceſſiue ꝓductiōis ꝙ q̄libet pars ſit ꝓducta ante alterā vt oſtenſum eſt: ſed de rōne ſucceſſiue ꝓductiōis eſt ꝙ nō ſit dabilis aliqua pars que ſubito producatur. Unde id dr̄ ſucceſſiue ꝓduci qđ ꝓducitur habēs partes ⁊ cuius nulla pars ꝓducit ſubito. ¶ Et ex hoc ſequit ꝙ aliqua qualitas ſucceſſiue producit et tamen quelibet pars ꝓportionalis ſecundū extenſionē certa diuiſione erit eque cito adequate ꝓducta ſicut pma. Patet hoc correlariū poſito ꝙ ſemp agens agat in ꝓpinquū agēdo in remotū: ⁊ nōdū ceſſet agē in ꝓpiquū ꝓpt debitā aſſimilationē. Idē al'r ꝓbatur certo mō diuidēdo.

## Ad ſecūdam rōnem reſponſuʒ eſt ibi

vſq; ad replicā: ad quā rñdeo ꝯcedēdo ꝙ illo ſuppoſito citi9 ꝓducit gradus medi9 q̄ gradus vltra medius: ſed correlariū cū dictis intelligit dū mō fiat ſucceſſiue ꝓductio qualitatis q̄ ad ſubiectū: et ꝙ q̄litas difformis nō corrñdeat ſuo gradu ſummo ⁊c̄. Et hec de ſecundo dubio.

## Ad tertium dubium arguitur ad partem

negatiuā: qꝛ tūc ſeq̄ret aliquā creaturā eſſe infinite actiuitatis: ſʒ ꝯñs eſt falſum: igr̄. Seq̄la probatur ⁊ ſit a forma ꝓciſe durās ꝑ inſtans: ⁊ arguit ſic a. corrūpit per vltimū inſtans eſſe ſecundū ſe et quodlibet ſui (qꝛ de tali corruptōe itelligit dubiū) et talis forma reſiſtit: igit corrūpit ab agēte infinite virtutis. Patet qꝛ nullius finiti ad finitū eſt infinita ꝓportio. ¶ Et cōfirmat qꝛ reſiſtētia eſt cauſa ſucceſſiōis reſpectu ꝟtutis finite: igit vbicūq; eſt reſiſtētia et agēs finitū ibi eſt ſucceſſio. ¶ Confirmat ſcđo qꝛ alias eq̄ cito corrūperetur illa reſiſtētia a miori virtute ſicut a maiori. imo a finita ſicut ab infinita ſed ꝯñs eſt falſum igitur illud ex quo ſequitur.

## In oppoſitū tamen arguitur ſic qꝛ in

ſtantiū indiuiſibiliū qđlibet precise durat ꝑ inſtās igit. ¶ Reſpōdet huic dubio Gregorius de arimio in pmo d. 17. q̄. 2. ponēdo talē ꝯcluſionē. Nulla res naturalit pōt preciſe durare ꝑ inſtans. Nō adducit tm̄ efficacē rōnem. ¶ Et iō ꝯ eū et ex dictis eius ſic argumētor. Capio aliquod mīmū naturale ꝓductum in inſtanti cui9 materia per remotionē de pñti incipiat cōdēſari in eodē inſtāti: totum hoc eſt poſſibile naturaliter. Quo poſito illud minimū naturale immediate poſt primū inſtās ſui eſſe nō erit: igitur preciſe durabit per inſtans. Non video quid poſſet dicere huic rationi. maxime: qꝛ ipſe tenet tale minimū naturale poſſe ſic ꝓduci: et tenet ipſum corrumpi per cōdenſationem. ¶ Et confirmatur quia ſcđʒ eū viſio pōt ꝓduci in inſtanti. Uolo igitur ꝙ ſit in inſtanti preſenti aliquod minimū naturale in preſentia ſortis ad quod primo ſortes aduertit et icipiat illud mīmū in eodem inſtanti corrumpi ꝑ remotionē de preſenti. Quo poſito viſio in pmo inſtāti ſui eſſe deſinit eē per remotioneʒ de preſenti: igr̄ preciſe per inſtans durabit. Totus caſus eſt poſſibilis naturaliter. ¶ Confirmatur ſcđo et volo ꝙ aliquis angelus pmo aduertat ad ſortem in inſtanti preſēti cū quo ſit parrhiſius in eodē inſtanti: ⁊ habeat noticiam intuitiuā eius: et ſubito mutetur vſq; rhomā vel ad tantū ſpaciū ꝙ ex illo non ſufficit videre ſortē intuitiue: totū hoc eſt poſſibile angelo ex proprijs naturalibus vt cōcedit idē Gregorius in ſcđo. Quo poſito ſequit ꝙ illa viſio nō erit poſt primum inſtans ſui eſſe: igitur preciſe durabit per inſtās naturaliter.

Grego. i 1. ſen. — grego. in 2. ſen.

## Et ideo aliter reſpondeo ad dubiū po-

nendo talem concluſionem. Aliqua res naturalis ponendo minimum naturale poteſt preciſe durare per inſtans: et ſimiliter non ponendo minimum naturale: ſed ponendo angelum poſſe ſubito mutari de loco ad locum. Prima pars huius concluſionis probatur per argumentum poſt oppoſitum: et ſecūda per vltimam eius cōfirmationē. Et ſi queras vtrum dato ꝙ angelus non poſſet ſubito mutari nec ponatur mīmū naturale aliqđ poſſit durare preciſe per inſtans. Reſpondeo ꝙ ſic poſito ꝙ ad quālibet formam naturalem cōſeruandam in materia

¶ Tertia conclusio: tenendo qualitates contrarias se compati in gradibus remissis id, quod successive calefit per introductionem caliditatis, et aeque velocem corruptionem frigiditatis incipit vocari calidum per ultimum instans non esse. Probatur haec conclusio, quia in tempore illo alterationis deveniendum est ad aliquod instans, in quo adaequate tantum nata est denominare caliditas sicut frigiditas. Sit igitur illud insta[n]s A, et arguitur sic: in instanti A illud corpus nec est calidum nec frigidum, quia qualitates contrariae se mutuo adaequate impediunt in A instanti in denominationibus suis, et immediate post A instans illud corpus erit calidum, cum immediate post A instans introducetur aliquid calididatis, igitur in instanti A illud corpus incipit esse calidum per ultimum non esse. Quod fuit probandum. Assumptum tamen probatur videlicet, quod deveniendum sit ad aliquod instans, in quo adaequate tantum nata est denominare caliditas sicut frigiditas, quia in principio alterationis frigiditas magis denominat, quam nata sit denominare caliditas, ut patet, cum in infinitum parva sit caliditas in principio alterationis, et denominatio caliditatis continuo successive crescit continuo, et denominatio frigiditatis successive continuo decrescit, igitur ad aliquod instans veniunt ad aequalitatem. Quod fuit probandum. Patet consequentia, quia minus suo maiori successive continuo non potest fieri maius, quin aliquando sit aequale illi, quod modo est maius eo, sive maius quiescat, sive non. Igitur. ¶ Quarta conclusio: si aliquod infinitum calefiat, successive calefieri ipsum calefiet, hoc est, incipiet esse calidum per primum instans esse etiam secundum opinionem Suiseth. Probatur, quia in quolibet instanti intrinseco alterationis, antea quam per totum sit qualitas, praecise finita pars illius erit qualeficata, et restabit infinita qualificanda, igitur in nullo tali instanti intrinseco illud corpus infinitum incipiet esse colidum. Patet consequentia, quia etiam – ut opinatur Suiseth – qualitas corporis infiniti existens in parte finita nihil facit ad totius denominationem, et per consequens in insta[n]ti, in quo primo erit verum dicere, quod qualitas est per totum illud corpus infinitum, illud corpus infinitum incipiet esse calidum p[er] primum instans esse. Quod fuit probandum. Poss[u]nt hic inferri multa et diversa correlaria secundum diversitatem positionum de denominationibus partium, de partium denominationum inceptione et multa alia, quae infert Paulus Venetus loco praeallegato, et Hentisber in illo sophismate 5.: omnis homo, qui est albus, currit, et similiter suus commentator, sed gratia brevitatis supersedeo facile. Enim patent perspiciori ingenio. Et per hoc patet sufficienter responsio ad dubium.

Ad rationes dubii ante oppositum: ad primam responsum est ibi usque ad ultimam replicam, ad quam respondeo dupliciter, primo negando antecedens, quia motus saltem secundum distinguentes eum a mobili et sonus produc[un]tur successive, et tamen non quaelibet eius pars producitur ante quamlibet aliam, quia aliquae p[ar]tes secundum extensionem producuntur similiter. Duplices namque sunt partes motus secundum extensionem subiecti et secundum successionem. Primo enim sunt simul, licet non secundae. Dico tamen secundo concedendo antecedens et negando consequentiam. Et ratio est, quia non est de ratione successivae productionis, quod quaelibet pars sit producta ante alteram, ut ostensum est, sed de ratione successivae productionis est, quod non sit dabilis aliqua pars, quae subito producatur. Unde id dicitur „successive produci", quod producitur habens partes, et cuius nulla pars producitur subito. ¶ Et ex hoc sequitur, quod aliqua qualitas successive producitur, et tamen quaelibet pars proportionalis secundum extensionem certa divisione erit aeque cito adaequate producta sicut prima. Patet hoc correlarium posito, quod semper agens agat in propinquum agendo in remotum, et nondum cesset ag[ens] in propinquum propter debitam | assimilationem. Idem aliter probatur certo modo dividendo.

Ad secundam rationem responsum est ibi usque ad replicam, ad quam respondeo concedendo, quod illo supposito citius producitur gradus medius quam gradus ultra medius, sed correlarium cum dictis intelligitur, dummodo fiat successive productio qualitatis quoad subiectum, et quod qualitas difformis non correspondeat suo gradu summo et cetera. Et haec de secundo dubio.

Ad tertium dubium arguitur ad partem negativam, quia tunc sequeretur aliquam creaturam esse infinitae activitatis, sed consequens est falsum. Igitur. Sequela probatur: et sit A forma praecise durans per instans, et arguitur sic: A corrumpitur per ultimum instans esse secundum se et quodlibet sui, (quia de tali corruptione intelligit dubium), et talis forma resistit, igitur corrumpitur ab agente infinitae virtutis. Patet, quia nullius finiti ad finitum est infinita proportio. ¶ Et confirmatur, quia resistentia est causa successionis respectu virtutis finitae, igitur ubicumque est resistentia et agens finitum, ibi est successio. ¶ Confirmatur secundo, quia alias aeque cito corrumperetur illa resistentia a minori virtute sicut a maiori, immo a finita sicut ab infinita, sed consequens est falsum, igitur illud, ex quo sequitur.

In oppositum tamen arguitur sic, quia instantium indivisibilium quodlibet praecise durat per instans. Igitur. ¶ Respondet huic dubio Gregorius de Arimino in primo [sententiarum], [...] 17., quaestione 2. ponedo talem conclusionem: nulla res naturaliter potest praecise durare per instans. Non adducit tamen efficacem rationem. ¶ Et ideo contra eum et ex dictis eius sic argumentor: capio aliquod minimum naturale productum in instanti, cuius materia per remotionem de praesenti incipiat condensari in eodem instanti, totum hoc est possibile naturaliter. Quo posito illud minimum naturale immediate post primum instans sui esse non erit, igitur praecise durabit per instans. Non video, quid posset dicere huic rationi maxime, quia ipse tenet tale minimum naturale posse sic produci, et tenet ipsum corrumpi per condensationem. ¶ Et confirmatur, quia secundum eum visio potest produci instanti. Volo igitur, quod sit in instanti praesenti aliquod minimum naturale in praesentia Socratis, ad quod primo Socrates advertit et incipiat illud minimum in eodem instanti corrumpi per remotionem de praesenti. Quo posito visio in primo instanti sui esse desinit esse per remotionem de praesenti, igitur praecise per instans durabit. Totus casus est possibilis naturaliter. ¶ Confirmatur secundo: et volo, quod aliquis angelus primo advertat ad Socratem in instanti praesenti, cum quo sit Parisius in eodem instanti, et habeat notitiam intuitivam eius, et subito mutetur usque Romam vel ad tantum spatium, quod ex illo non sufficit videre Socratem intuitive, totum hoc est possibile angelo ex propriis naturalibus, ut concedit idem Gregorius in secundo. Quo posito sequitur, quod illa visio non erit post primum instans sui esse, igitur praecise durabit per instans naturaliter.

Et ideo aliter respondeo ad dubium ponendo talem conclusionem: aliqua res naturalis ponendo minimum naturale potest praecise durare per instans et similiter non ponendo minimum naturale, sed ponendo angelum posse subito mutari de loco ad locum. Prima pars huius conclusionis probatur per argumentum post oppositum, et secunda per ultimam eius confirmationem. Et si quaeras, utrum dato, quod angelus non posset subito mutari, nec ponatur minimum naturale, aliquid possit durare praecise per instans, respondeo, quod sic posito, quod ad quamlibet formam naturalem co[n]servandam in materia

requiratur certa diſpō cū qua pōt ſtare ⁊ cuȝ nulla
minori pōt ſtare. Tūc poſito ꝙ in aliquo inſtanti
p̄mo gn̄etur forma aq̄ cū illa diſpōe neceſſario req̄
ſita ad ꝯſeruationē forme aq̄ in materia ⁊ incipiat
dicta diſpō corrūpi ꝑ totum ꝑ vltimū eē: ita ꝙ aн̄a
agens bn̄ approximatū ad agēdū ꝑ totā illā diſpō
nem ipediebat ab aliquo in ꝓportiōe equalitatis:
et iā illud incipiat remoueri ita ꝙ nō tm̄ impediat
immediate poſt inſtās qđ eſt pn̄s. Quo poſito ſeqt
tale agens p̄ciſe durare ꝑ inſtans Et hic eſt modus
opinādi doctoris ſubtilis in .4. i materia de actio
ne accidētiū in euchariſtie ſacramēto. ¶ His poſitȝ
rn̄dendū eſt ad rōnē ante oppoſitū. Ad quaȝ rn̄deo
cōcedēdo an̄s / ⁊ negādo hanc ꝯn̄am hec reſiſtentia
corrūpit ſubito a ſuo cōtrario: igit corrūpitur ab
agēte infinite ꝟtutis. Et rō eſt qꝛ talis reſiſtētia nō
poteſt durare ꝑ tp̄s quatulacūq; ꝑte talis reſiſtētie
corrupta. Hoc em̄ nō ideo eſt. qꝛ agēs hȝ infinitaȝ ꝓ
portionē ad illā reſiſtentiā: ſed qꝛ illa reſiſtētia non
nata eſt ſucceſſiue corrumpi. Imo q̄tūcunq; parua
parte corrupta reliqua pars nullo mō nata eſt re-
ſiſtere: qꝛ nullo pacto nata eſt eſſe: cū tunc daret mi
nus mimo. ¶ Ad primā cōfirmationē diſtinguo cō-
ſequēs aut intelligis de reſiſtētia cui⁹ vna pars na
ta eſt manere poſt corruptionē alteri⁹: ⁊ ſic cōcedo
aut de reſiſtētia cui⁹ nulla pars nata eſt manere ſo
litarie / et ſic negatur. Nō ſic eſt in ꝓpoſito. Et ſi tu
arguas de noticia ītuitiua angeli cuius vna pars
nata eſt manere ſolitarie ⁊ tn̄ illa ſubito corrūpit
vt ꝓbabat ſecūda ꝯfirmatio poſt oppoſitū. Reſpō
deo ꝙ illud nō fit a ꝯ̄rio corrūpēte ⁊ reſiſtentiā ſu-
perante: ſȝ fit a ſubita cauſe abſentia Et ſi iterū ar
guas de forma aq̄ que ſubito corrūpit a corruptio
ne ſue mime diſpōnis ipſam cōſeruantis et tamen
ipſa corr pitur a cōtrario. Reſpondeo ꝙ illud fit
ꝓpter ſubitā abſentiā cōſeruantis ⁊ nō ſimpliciter
ꝓpter actionē ꝯ̄rii. ¶ Ad aliā ꝯfirmationē concedo
quod infertur: nec illud eſt incōueniēs de reſiſtētia
cuius nulla pars nata eſt manere ſolitarie. Et hec
de tertio dubio.

**Ad quartū dubiū arguitur ꝙ nō quia**
ſol pōt ꝓducere lumē in inſtanti cū nichil ei reſiſtat
in ꝓducēdo lumine: igit creatura pōt agere in inſtā
ti. ¶ Dices forte negādo an̄s et ad ꝓbationē negā- Dicitur.
do ꝯn̄am: qꝛ talis eſt natura rei create ꝙ nō ſufficit
ſubito agere. ¶ Sed contra qꝛ minimū naturale in in
ſtanti ꝓducitur a re creata: igit. Nec valet negare
tale minimū naturale eo ꝙ ꝓbabili⁹ ſit nō ponere
qꝛ ſaltē volūtas p̄t velle in inſtāti: et eſt agens crea
tū: igitur. An̄s ꝓbatur: qꝛ angelus peccauit in p̄io
inſtāti ſui eē: qꝛ ſi dicas ꝙ omiſit habeo intētū veȝ
ꝙ potuit cōmiſiſſe. Nō em̄ precepiſſet deus ipoſſibi
le. Sȝ an̄s pȝ per illud ioānis. Ab initio i ꝟitate nō
ſtetit. ¶ Dices negādo an̄s et ad p̄ictū ꝓbatōis qđ Dicitur.
conſiſtit in auctoritate: dr̄ ꝙ intelligit illa auctori
tas de ſtatu ꝑ tp̄s et nō ꝑ inſtans.
¶ Contra qꝛ experiētia docet ꝙ ſi in turri diſtāte ꝑ
3. aut. 4. leucas in aliqua certa hora adequate oſtē
datur aliquod corpus luioſū puta teda aut cādela
in eodē tp̄e adequate videt ab exiſtentibus i medio
illius ſpacii puta in diſtātia. 2. leucaꝝ et ab exiſten
tib⁹ in extremo puta in diſtantia. 4. leucarū: igitur
nō citi⁹ vr̄ a ꝓpinquiorib⁹ q̄ a remotiorib⁹ et ꝑ ꝯn̄s
nulla ē ibi ſucceſſio i ꝓducēda tali viſiōe. ¶ Et cōfir
mat et ſuppono formā ſubſtātialē hr̄e minimā diſpō
nem cū qua pōt ſtare i materia. Quo ſuppoſito ca
pio paſſū vniformiter tali diſpōe qualificatū ⁊ ſit
agens debite approximatum ad agendum per to-
tum illud paſſum ſit tn̄ in parte oppoſita ꝯ̄riū im-
pediens totaliter agēs ne agat: ita ꝙ toti⁹ potētie
ad totā reſiſtētiā ſit ꝓportio equalitatis ⁊ incipiat
in inſtāti pn̄ti remoueri illud impediens. Quo po-
ſito argr̄ ſic forma illius paſſi ſubito corrumpitur
igitur alia forma a creatura ſubito gn̄atur. An̄s ꝓ
batur qꝛ īmediate poſt inſtās pn̄s aget illud agēs
ꝑ totū illud paſſū: cū agat et ſit debite approxima
tū ad agendū ꝑ totū illud paſſū ex caſu: igit ꝑ totū
illđ paſſuȝ īmediate poſt inſtās qđ eſt pn̄s corrūpi-
tur aliquid de illa diſpōne: ⁊ per ꝯn̄s cū illa ſit mi
nima cū qua pōt ſtare: īmediate poſt inſtās quod ē
pn̄s per nullā partē illius paſſi erit aliqđ illius for
me ſubſtātialis: ⁊ per ꝯn̄s ſubito corrumpit quod
fuit probandum.

**Secundo ad idem argr̄ ſic ⁊ hoc theo**
logice qꝛ ſi agēs creatū non poſſet agere in inſtan
ti: ſequeret beatam ꝟginē nō fuiſſe verā matrē nr̄i
redēptoris: ſed ꝯn̄s eſt fl̄m ⁊ hereticū: igit. Seque-
la ꝓbatur qꝛ corpus xp̄i fuit organiſatū ⁊ ꝓductū
in inſtāti vt dicūt oēs doctores theologi i. 3°. ſȝ btā
virgo in tali inſtanti nichil potuit agere: igr̄ nullo
pacto cōcurrebat ad ꝓductionē talis corporis ⁊ ꝑ
ꝯn̄s nō fuit vera mr̄ qđ fuit ꝓbandū. ¶ Dices negā phūs de
do ꝯn̄aȝ: qꝛ vt dicit phūs in libro de aialib⁹: et Aui anima.
cenna p̄mo. c. p̄ma. f. d. qui, a. et de gn̄a: aliū Mulier Auicē.
nullo mō ꝯcurrit actiue ad prolis gn̄ationē: ſȝ ſolū Galien⁹.
miſtrat materiā: q̄uis Galien⁹ ⁊ medicorū maior
pars oppoſitū aſtruat. ¶ Cōtra ſaltē ſequit ꝙ ali-
quādo btā virgo fuit vel ſaltē aīa eius poſt ſepara
tionē a corpore qn̄ nō fuit btā: ſȝ ꝯn̄s eſt fl̄m: igr̄. Se
quela ꝓbat qꝛ in primo inſtāti ſepatiōis aie ipa nō
fuit btā: qꝛ ꝑte in illo inſtāti nō pōt ꝓduxiſſe actum
volūtatȝ aut itellect⁹. Fl̄itas tn̄ ꝯn̄tis ꝓbat: qꝛ tūc
ſequeret aliqn̄ eē aiam nec viatricem nec btām: nec
dāpnatā: nec eē in purgatorio qđ eſt fl̄m. ¶ Dices
ꝙ nō eſt incōueniēs quod infert: et ad ꝓbationē fal-
ſitatis ei⁹ dr̄ ꝙ nō eſt incōueniēs: nec ꝯ ſacrā doctri
nā ꝙ detur talis aia ꝑ inſtās: ſed incōueniens eſſet
per tempus:

**Cōtra qꝛ tūc ſeq̄retur aiam btē virgi-**
nis fuiſſe ꝑ aliquod tēpus ꝑ quod nō habebat tātā
btitudinē ſicut mīm⁹ btūs: ſed ꝯn̄s eſt fl̄m: igr̄. Seq̄
la deducit: et capio totā btitudinē quā habet beata
virgo: et ſit vt. 10. et capio beatitudinē minimi bea
ti et ſit vt. 2. et arguo ſic beatitudo beate virginis
ſucceſſiue ꝓducebat: ergo quando ꝓducebatur ſuc-
ceſſiue primus gradus ⁊ in toto illo tempore ipſa
erat minus beata q̄ ille minim⁹ beatus Probatur
quia ille habebat vt. 2. ipſa vero vt vnū. Sed falſi-
tas ꝯſequentis probatur: quia pari ratione ſeque
retur ꝙ chriſtus ſcđm aiam hoc eſt aia eius nō fuit.
beata in primo inſtanti ſui eſſe: et ꝙ vno tēpore fuit
beatior q̄ in altero: ſed vtrūq; iſtorū eſt manifeſte
falſum et hereticū: igitur. Sequela patet quia per
te in primo inſtanti ſui eſſe ipſa anima nō potuit ꝓ
ducere beatitudinē: igitur nō potuit eē beata.
¶ Et confirmatur ꝙ omnis ſucceſſio ꝓuenit aut ra-
tione reſiſtētie: aut ſucceſſiue approximationis aut
ſucceſſiue intentionis agētis aut rōne ſucceſſiue di
ſpoſitionis: aut ratione libertatis agentis: igitur
vbi nulla iſtarum cauſarum reperitur ibi non po-
terit eſſe ſucceſſio: ſed dabilis eſt actio naturalis i
qua nulla dictarum cauſarum reperitur: igitur p̄t
eſſe actio naturalis ſubita. Minor ꝓbatur de actu
intelligendi non habente contrarium naturaliter
producto. In productione enim talis actus nulla
dictarū cauſarum concurrit.

requiratur certa dispositio, cum qua potest stare et cum nulla minori potest stare. Tunc posito, quod in aliquo instanti primo generetur forma aquae cum illa dispositione necessario requisita ad conservationem formae aquae in materia, et incipiat dicta dispositio corrumpi per totum per ultimum esse, ita quod antea agens bene approximatum ad agendum per totam illam dispositionem impediebatur ab aliquo in proportione aequalitatis, et iam illud incipiat removeri, ita quod non tantum impediat immediate post instans, quod est praesens. Quo posito sequitur tale agens praecise durare per instans. Et hic est modus opinandi doctoris subtilis in 4. in materia de actione accidentium in eucharistiae sacramento. ¶ His positis respondendum est ad rationem ante oppositum: ad quam respondeo concedendo antecedens et negando hanc consequentiam: haec resistentia corrumpitur subito suo contrario, igitur corrumpitur ab agente infinitae virtutis. Et ratio est, quia talis resistentia non potest durare per tempus quatulacumque parte talis resistentiae corrupta. Hoc enim non ideo est, quia agens habet infinitam proportionem ad illam resistentiam, sed quia illa resistentia non nata est successive corrumpi. Immo quant[a]cumque parva parte corrupta reliqua pars nullo modo nata est resistere, quia nullo pacto nata est esse, cum tunc daretur minus minimo. ¶ Ad primam confirmationem distinguo consequens, aut intelligis de resistentia, cuius una pars nata est manere post corruptionem alterius, et sic concedo, aut de resistentia, cuius nulla pars nata est manere solitarie, et sic negatur. Modo sic est in proposito. Et si tu arguas de notitia intuitiva angeli, cuius una pars nata est manere solitarie, et tamen illa subito corrumpitur, ut probabat secunda confirma[t]io post oppositum, respondeo, quod illud non fit a contrario corrumpente et resistentiam superante, sed fit a subita causae absentia. Et si iterum arguas de forma aquae, quae subito corrumpitur a corruptione suae minimae dispositionis ipsam conservantis, et tamen ipsa corr[um]pitur a contrario, respondeo, quod illud fit propter subitam absentiam conservantis et non simpliciter propter actionem contrarii. ¶ Ad aliam confirmationem concedo, quod infertur, nec illud est inconveniens de resistentia, cuius nulla pars nata est manere solitarie. Et haec de tertio dubio.

Ad quartum dubium arguitur, quod non, quia sol potest producere lume[n] in instanti, cum nihil ei resistat in producend[o] lumine, igitur creatura potest agere in instanti. ¶ Dices forte negando antecedens et ad probationem negando consequentiam, quia talis est natura rei creatae, quod non sufficit subito agere. ¶ Sed contra, quia minimum naturale in instanti producitur a re creata, igitur. Nec valet negare tale minimum naturale eo, quod probabilius sit non ponere, quia saltem voluntas potest velle in instanti, et est agens creatum, igitur. Antecedens probatur, quia angelus peccauit in primo instanti sui esse, quia si dicas, quod omisit, habeo intentum videlicet, quod potuit commisisse. Non enim praecepisset deus impossibile. Sed antecedens patet per illud Iohannis. Ab initio in veritate non stetit. ¶ Dices negando antecedens et ad punctum probationis, quod consistit in auctoritate, dicitur, quod intelligitur illa auctoritas de statu per tempus et non per instans.

¶ Contra, quia experientia docet, quod, si in turri distante per 3 aut 4 leucas in aliqua certa hora adaequate ostendatur aliquod corpus luminosum, puta teda aut candela, in eodem tempore adaequate videtur ab existentibus in medio illius spatii, puta in distantia 2 leucarum, et ab existentibus in extremo, puta in distantia 4 leucarum, igitur non citius videtur a propinquioribus quam a remotioribus, et per consequens nulla est ibi successio in producenda tali visione. ¶ Et confirmatur: et suppono formam substantialem habere minimam dispositionem, cum qua potest stare in materia. Quo supposito capio passum uniformiter tali dispositione qualificatum, et sit agens debite approximatum ad agendum per totum | illud passum, sit tamen in parte opposita contrarium impediens totaliter agens, ne agat, ita quod totius potentiae ad totam resistentiam sit proportio aequalitatis, et incipiat in instanti praesenti removeri illud impediens. Quo posito arguitur sic: forma illius passi subito corrumpitur, igitur alia forma a creatura subito generatur. Antecedens probatur, quia immediate post instans praesens aget illud agens per totum illud passum, cum agat, et sit debite approximatum ad agendum per totum illud passum ex casu, igitur per totum illud passum immediate post instans, quod est praesens, corrumpitur aliquid de illa dispositione, et per consequens, cum illa sit minima, cum qua potest stare, immediate post instans, quod est praesens, per nullam partem illius passi erit aliquid illius formae substantialis, et per consequens subito corrumpitur. Quod fuit probandum.

Secundo ad idem arguitur sic, et hoc theologice, quia si agens creatum non posset agere in instanti, sequeretur beatam virginem non fuisse veram matrem nostri redemptoris, sed consequens est falsum et haereticum, igitur. Sequela probatur, quia corpus Christi fuit organisatum et productum in instanti, ut dicunt omnes doctores theologi in 3., sed beata virgo in tali instanti nihil potuit agere, igitur nullo pacto concurrebat ad productionem talis corporis, et per consequens non fuit vera mater. Quod fuit probandum. ¶ Dices negando consequentiam, quia ut dicit philosophus in libro de animalibus, et Avicenna primo c[apite] prima f[en] [...] et de genera alium. Mulier nullo modo concurrit active ad prolis generationem, sed solum ministrat materiam, quamvis Galienus et medicorum maior pars oppositum astrua[n]t. ¶ Contra saltem sequitur, quod aliquando beata[] virgo fuit vel saltem anima eius post separationem a corpore, quando non fuit beata, sed consequens est falsum, igitur. Sequela probatur, quia in primo instanti separationis animae ipsa non fuit beata, quia per te in illo instanti non potest produxisse actum voluntatis aut intellectus. Falsitas tamen consequentis probatur, quia tunc sequeretur aliquando esse animam nec viatricem nec beatam nec damnatam nec esse in purgatorio, quod est falsum. ¶ Dices, quod non est inconveniens, quod infertur, et ad probationem falsitatis eius dicitur, quod non est inconveniens nec contra sacram doctrinam, quod detur talis anima per instans, sed inconveniens esset per tempus.

Contra, quia tunc sequeretur animam beatae virginis fuisse per aliquod tempus, per quod non habebat tantam beatitudinem sicut minimus beatus, sed consequens est falsum. Igitur. Sequela deducitur: et capio totam beatitudinem, quam habet beata virgo, et sit ut 10, et capio beatitudinem minimi beati, et sit ut 2, et arguo sic: beatitudo beatae virginis successive producebatur, ergo quando producebatur successive primus gradus, et in toto illo tempore ipsa erat minus beata quam ille minimus beatus. Probatur, quia ille habebat ut 2, ipsa vero ut unum. Sed falsitas consequentis probatur, quia pari ratione sequeretur, quod Christus secundum animam, hoc est, anima eius non fuit beata in primo instanti sui esse, et quod uno tempore fuit beatior quam in altero, sed utrumque istorum est manifeste falsum et haereticum. Igitur. Sequela patet, quia per te in primo instanti sui esse ipsa anima non potuit producere beatitudinem, igitur non potuit esse beata.

¶ Et co[n]firmatur, quod omnis successio provenit aut ratione resistentiae aut successivae approximationis aut successivae intentionis agentis aut ratione successivae dispositionis aut ratione libertatis agentis, igitur ubi nulla istarum causarum reperitur, ibi non poterit esse successio, sed dabilis est actio naturalis, in qua nulla dictarum causarum reperitur, igitur potest esse actio naturalis subita. Minor probatur de actu intelligendi non habente contrarium naturaliter producto. In productione enim talis actus nulla dictarum causarum concurrit.

**In oppoſituꝫ arguitur ſic quia alias** ſequeretur ꝙ non velocius poſſet agens infinitum ꝓducere aliquē effectū ꝗ agēs finitū poſſit ꝓducere eundē: ſꝫ ꝯñs videtur abſurdū: igr̃ probabile ē creaturam nullo pacto poſſe agere in inſtāti. Seq̄la pꝫ quia tam agens finitū quā infinitum ꝓduceret ſuū effectū in inſtanti

Hollzot. hibernicus. **Huic dubio reſpondent Hollzot et hibernicus** ⁊ q̄ eos ſequunẗ ꝙ nulla creatura pōt agere in inſtanti. Et mouētur aliq̄bus rōnibꝰ theologicis quarū precipua eſt hec. Si creatura poſſet agere ī inſtāti: ſequereẗ ꝙ homo poſſet naturaliter peccare infinitꝭ pctis vni certo dato eq̄libꝰ nō cōicantibus: ſed ꝯñs eſt impoſſibile: igiẗ illud ex quo ſequiẗ. Sequela ꝓbaẗ qꝛ ſi ſortes pōt peccare hoc eſt elicere actū pcti in inſtanti vniꝰ gradus malicie ponaẗ igitur in eē ⁊ cōtinuet ſortes illud peccatū ꝑ aliq̄d tempus. Quo poſito ſic arguiẗ ſortes in illo inſtāti peccat aliquo peccato: ⁊ tantum peccat in quolibet inſtanti tēporis ſequētis ꝑ quod continuat illū actū: ⁊ ſunt infinita inſtantia in eo: ergo peccat infinitis peccatis ⁊c. q̄d fuit probandū. Hec tñ rō nō eſt multum efficax qꝛ innitiẗ falſo fundamēto: puta ꝙ quelibet ſequēs cōtinuatio ⁊ cuiuſlibet gradus illius actus ſit libera cōtinuatio q̄d tamē eſt falſuꝫ ⁊c. Et ſic ſoluit Adam in prio hanc rōnem. Uide hoc latius apud theologos.

**Sit igitur concluſio reſpōſiua ad dubium.** Et ſi ſuſtētabile eſt creaturā in inſtāti poſſe effctū producere nullū: nichilominus (meliori iudicio ſemper excepto) id ꝓbabile eē exiſtimo nequaquā. Prima pars cōcluſiōis ꝓbatur. qꝛ rōnes ad oppoſitum abſq̧ cōtradictione ſolui pñt: igitur illa opinio valet ſuſtētari. Añs ꝓbatur ſoluēdo rōnes pro parte oppoſita. Secunda probatur rationibꝰ ante oppoſitum factis.

**Ad primam rōnem ante oppoſitū dictum** eſt ibi vſq̧ ad vltimā replicā ad quā poteſt dici negādo ꝙ illud corpus luminoſum eque cito videatur a remotiori ſicut a ꝓpinquiori. ⁊ cum adducitur experientia dicitur ꝙ illa eſt fallax. Quāuis eñ ita appareat: non tamen ita eſt. ¶ Ad confirmationem dico primo admiſſo caſu ⁊ ſuppoſito nego ꝙ īmediate poſt inſtans q̄d eſt pñs illud agēs agat in totū qꝛ nullū agēs naturali p̄t incipere agere eq̄ cito ī propriū ſicut in remotū. Quātūcūq̧ ei agēs approximetur alicui paſſo ꝑ quod debeat agere citius aget in p̄mā medietatē ꝗ in ſcđam. Dico ſcđo admittendo ꝙ agens naturale pōt incipere eq̄ cito agere per totū paſſum admiſſo caſu cum ſuppoſito: negando añs: et cū probatur nego aſſumptū, et ad ꝓbationem cōcedo ꝙ eſt debite approximatum ad agendū ꝑ totū tñ non agit ꝑ totum qꝛ īmediate poſt inſtans q̄d eſt pñs nō agit in pūctū in extremo remotiori qꝛ immediate poſt hoc reſiſtētia illiꝰ pūcti habebit ꝓportionē maioris ineq̄litatꝭ ad totaꝫ potentiam agētis: qꝛ añā habuit ⁊ nō ſubito illā pdit Q̄ꝫ añā habuit patet qꝛ añā tota reſiſtētia puncti in extremo ꝓpīquiori habuit ꝓportionē eq̄litatis ad poñam vel maioris īeq̄litatꝭ (nō ē cura) qꝛ alias fuiſſꝫ actio ad illū pūctū q̄d ē ꝯ caſū: igr̃ añā reſiſtētia pūcti ī remotiori extremo habuit ꝓportionem maioris inequalitatis quod fuit probandum.

**Ad ſecūdam rōnem reſponſuꝫ eſt ibi** vſq̧ ad p̄mā replicā: ad quā dicēdū ē negādo ſeq̄lā Et rō eſt qꝛ aduerſariꝰ opinabiẗ: nec aiaꝫ btē vgis nec alicuius alteriꝰ bti ꝯcurrere actiue ad ꝓductionē ſue btitudinis imo deꝰ ſe ſolo ꝓducit illā btitudinē: ⁊ ꝑ ꝯñs pōt illā in iſtāti ꝓducere cū ſit agēs infinitū. Hec eñ fuit imaginatio aliq̄rū theologorū. Si vō teneaẗ ꝙ deꝰ nō pōt ſe ſolo ꝓducere actū voluntatis aut itellectꝰ vt imaginaẗ hollzot: ⁊ de aliis: tunc diſtinguēdū eſt ꝙ creatura poſſit agere in īſtanti aut cū adiutorio infinito: ⁊ ſic ꝯcediẗ aut adiuta ſolū finite: et ſic negatur. ¶ Ad ꝯfirmationē ſolutionē q̄re. Nō eñ video vñ poſſit talis ſucceſſio ꝓcedere niſi dicas cuꝫ doctore ſubtili in. 2°. ſen. ꝙ eſt aliqua reſiſtētia intrīſeca: ⁊ talis reſiſtētia intrinſeca eſt finitas ipſius agētis creati cui ꝓpter ſuā finitatē repugnat ſubito aliquid efficere. Et ſcđm hoc cōcedēdū eſt ꝙ agens creatū reſiſtit ſibiipſi. Et iſto mō iam dabitur aliqua dictarū cauſarū ſucceſſionis puta reſiſtētia. Nec aliter potuit doctor ſubtilis ſoluere rōnē pħi ꝓbantis graue in vacuo ſubito moueri niſi ponēdo hāc intrīſecā reſiſtentiā. Et cōformiẗ ꝯcedēdū eſt ꝙ eq̄ velociẗ ꝓportionabiliẗ ſicut vtus agētis finiti augeẗ ⁊ intēdiẗ reſiſtētia intrinſeca eiuſdē diminuiẗ. Ex q̄ ſequiẗ vlteriꝰ ꝙ ſi efficeretur talis vtus infinita: iā nullo pacto eſſet in tali agēte reſiſtētia intrīſeca cū nichil aliud ſit illa reſiſtētia intrinſeca ꝗ ipm̄ agēs finitaꝫ habens actiuitatē. Supponit eñ hic terminꝰ reſiſtētia intrinſeca ꝓ aliquo agēte cōnotando ipm̄ habere adequatē finitā vtutē agendi. Quare repugnat deo cū intrīſeca reſiſtentia aliq̄d efficere. Et ſi nō placeat hec itrīſeca reſiſtētia q̄ras aliaꝫ cām. ¶ Sed qꝛ dubiuꝫ ad vtrāq̧ partē defenſaẗ ſoluende ſunt rōes in oppoſitū adducte. Ad rōnē ī oppoſitū rñdeo cōcedēdo aliquē effectū non poſſe velocius ꝓduci ab agēte infinito cuiuſmodi eſt deꝰ ꝗ ab agente finito cuiuſmōi eſt creatura: nec illud ē incōueniēs. Nō ei ex hoc ſeq̄tur deū ⁊ creaturā eē equalis vtutꝭ actiue. Nā iſta ꝯñā nichil valet iſta duo agētia equa cito ꝓducūt eūdē effectū vel ſilem: igr̃ ſūt eq̄lis actiue. Sꝫ oꝫ ſic argumētari cū eq̄li reſiſtētia eq̄ velociter ceterꝭ pibꝰ iſta agētia ſilē effectū ꝓducūt: igr̃ ſūt eq̄lis virtutꝭ actiue vbi ei nulla ē reſiſtētia: pfectionē actiue vtutꝭ ſubita ꝓductio minime arguit. Ad aliā rōnē hollzot ⁊ hibernici rñſū ē aliq̄ľr in corpe dubii. Et hec de. 4. dubio

Reſiſtentia intrinſeca.

Correla.

**Ad quintū dubium arguitur ad partē** negatiuā qꝛ ſi deꝰ poſſet ꝓducē michaelē īmediate poſt gabrielē marie eēt ꝓducēdo gabrielē ꝑ p̄mū iſtās eē ⁊ michaelē ꝑ vltimū nō eē: ſꝫ ꝯñs ē fl̄m igr̃ illud ex q̄ ſeq̄tur. Seq̄la pꝫ: ſꝫ fl̄itas ꝯñtꝭ oñdiẗ: qꝛ bñ ſequiẗ michael ꝓduceẗ: ḡ ſucceſſiue vel ſubito: ſꝫ nō ſucceſſiue cū nō hēat partes: igr̃ ſubito ⁊ ꝑ ꝯñs in inſtanti: ſꝫ ꝯñs ē fl̄m qꝛ erit añ q̄lꝫ inſtās futurū: ⁊ nō ꝓduciẗ ī iſtāti pñti. Itē oē q̄d ꝓduciẗ qñ tp̄s ē ꝓduciẗ in tp̄e vel in iſtāti: igr̃ ſi michael ſic ꝓducaẗ poſt gabrielē tp̄e ꝓduceẗ in tp̄e vel ī inſtāti: ſꝫ nō ī tp̄e: ḡ in inſtāti q̄d iprobatū ē. ¶ Dices cōcedēdo ſeq̄lā: ⁊ negādo falſitatē ꝯñtis: ⁊ ad punctū probationis nego iſtā ꝯñam ꝓduciẗ ſubito: ergo in inſtāti: ſicut aliq̄d diuiditur ſubito hoc eſt nō ꝑ partē ante partē tñ in nullo inſtanti: ſꝫ ante q̄libet inſtās futurū diuideẗ ⁊ erit diuiſū vt caſu poſito ꝙ vniformiter in hora futura adeq̄te diuidaẗ aliq̄d pedale tunc ſuꝑficies ſiue linea itrans tale pedale ſubito diuideẗ ⁊ ī nullo inſtāti: ſꝫ añ q̄libet inſtans futurū erit diuiſa. Nec valet iſta ꝯñā aliquid ꝓducitur: ergo illud ꝓducitur ſucceſſiue vel in inſtāti. Ad aliud nego ꝙ nō producitur in tempore licet in adequate tamen per nullum tempus producitur quia eſt ante quodlibet inſtans illius temporis productus. Dicitur.

In oppositum arguitur sic, quia alias sequeretur, quod non velocius posset agens infinitum producere aliquem effectum, quam agens finitum possit producere eundem, sed consequens videtur absurdum, igitur probabile est creaturam nullo pacto posse agere in instanti. Sequela patet, quia tam agens finitum quam infinitum produceret suum effectum in instanti.

Huic dubio respondet Holkot et Hibernicus et, qui eos sequuntur, quod nulla creatura potest agere in instanti. Et moventur aliquabus rationibus theologicis, quarum praecipua est haec: si creatura posset agere in instanti, sequeretur, quod homo posset naturaliter peccare infinitis punctis uni certo dato aequalibus non coniicantibus, sed consequens est impossibile, igitur illud, ex quo sequitur. Sequela probatur, quia si Socrates potest peccare, hoc est elicere actum puncti in instanti unius gradus malitiae ponatur, igitur in esset et continuet Socrates illud peccatum per aliquod tempus. Quo posito sic arguitur: Socrates in illo instanti peccat aliquo peccato, et tantum peccat in quolibet instanti temporis sequentis, per quod continuat illum actum, et sunt infinita instantia in eo, ergo peccat infinitis peccatis et cetera. Quod fuit probandum. Haec tamen ratio non est multum efficax, quia innititur falso fundamento, puta quod quaelibet sequens continuatio et cuiuslibet gradus illius actus sit libera continuatio, quod tamen est falsum et cetera. Et sic solvit Adam in primo hanc rationem. Vide hoc latius apud theologos.

Sit igitur conclusio responsiva ad dubium: et si sustentabile creaturam in instanti posse eff[e]ctum producere nullum, nihilominus, (meliori iudicio semper excepto) id probabile esse existimo nequaquam. Prima pars conclusionis probatur, quia rationes ad oppositum absque contradictione solui possunt, igitur illa opinio valet sustentari. Antecedens probatur solvendo rationes pro parte opposita. Secunda probatur rationibus ante oppositum factis.

A[d] primam rationem ante oppositum dictum est ibi usque ad ultimam replicam, ad quam potest dici negando, quod illud corpus luminosum aeque cito videatur a remotiori sicut a propinquiori, et cum adducitur experientia, dicitur, quod illa est fallax. Quamvis enim ita appareat, non tamen ita est. ¶ Ad confirmationem dico primo admisso casu et supposito [...] nego, quod immediate post instans, quod est praesens, illud agens agat in totum, quia nullum agens naturali potest incipere agere aequ[e] cito in proprium sicut in remotum. Quantumcumque enim agens approximetur alicui passo, per quod debeat agere, citius aget in primam medietatem quam in secundam. Dico secundo admittendo, quod agens naturale potest incipere aeque cito agere per totum passum admisso casu cum supposito, negando antecedens, et cum probatur, nego assumptum, et ad probationem concedo, quod est debite approximatum ad agendum per totum, tamen non agit per totum, quia immediate post insta[n]s, quod est praesens, non agit in punctum in extremo remotiori, quia immediate post hoc res[is]tentia illius puncti habebit proportionem maioris inaequalitatis ad totam potentiam agentis, quia antea habuit et non subito illam perdit. Quod antea habuit, patet, quia antea tota resistentia puncti in extremo propinquiori habuit proportionem aequalitatis ad potentiam vel maioris inaequalitatis, (non est cura) quia alias fuissed actio ad illum punctum, quod est contra casum, igitur antea resistentia puncti in remotiori extremo habuit proportionem maioris inaequalitatis. Quod fuit probandum.

Ad secundam rationem responsum est ibi usque ad primam replicam, ad quam dicendum est negando sequelam. Et ratio est, quia adversarius opiniabitur nec animam beatae virginis | nec alicuius alterius beati concurrere active ad productionem suae beatitudinis, immo deus se solo producit illam beatitudinem, et per consequens potest illam in instanti producere, cum sit agens infinitum. Haec enim fuit imaginatio aliquorum theologorum. Si vero teneatur, quod deus non potest se solo producere actum voluntatis aut intellectus – ut imaginatur Holkot et de alia co[nclusione] – tunc distinguendum est, quod creatura possit agere in instanti aut cum adiutorio infinito, et sic conceditur, aut adiuta solum finite, et sic negatur. ¶ Ad confirmationem solutionem quaerere: non enim video, unde possit talis successio procedere, nisi dicas cum doctore subtili in 2. sen[tentiarum], quod est aliqua resistentia intrinseca, et talis resistentia intrinseca est finitas ipsius agentis creati, cui propter suam finitatem repugnat subito aliquid efficere. Et secundum hoc concedendum est, quod agens creatum resistit sibi ipsi. Et isto modo iam dabitur aliqua dictarum causarum successionis, puta resistentia. Nec aliter potuit doctor subtilis solvere rationem philosophi probantis grave in vacuo subito moveri, nisi ponendo hanc intrinsecam resistentiam. Et conformiter concedendum est, quod aeque velociter proportionabiliter, sicut virtus agentis finiti augetur et intenditur, resistentia intrinseca eiusdem diminuitur. Ex quo sequitur ulterius, quod si efficeretur talis virtus infinita, iam nullo pacto esset in tali agente resistentia intrinseca, cum nihil aliud sit illa resistentia intrinseca quam ipsum agens finitam habens activitatem. Supponit enim hic terminus resistentia intrinseca pro aliquo[] agente connotando ipsum habere adaequate finita[m] virtutem agendi. Quare repugnat deo cum intrinseca resistentia aliquid efficere. Et si non placeat haec intrinseca resistentia, quaeras aliam causam. ¶ Sed quia dubium ad utramque partem defensatur solvendae sunt rationes in oppositum adductae. Ad rationem in oppositum respondeo concedendo aliquem effectum non posse velocius produci ab agente infinito, cuiusmodi est deus, quam ab agente finito, cuiusmodi est creatura, nec illud est inconveniens. Non enim ex hoc sequitur deum et creaturam esse aequalis virtutis activae. Nam ista consequentia nihil valet: ista duo agentia aequ[e] cito producunt eundem effectum vel similem, igitur sunt aequal[e]s active. Sed ostendit sic argumentari, cum aequali resistentia aeque velociter ceteris paribus ista agentia simile effectum producunt, igitur sunt aequal[e]s virtutis activae, ubi enim nulla est resistentia, perfectionem act[iv]ae virtutis subita productio minime arguit. Ad aliam rationem Holkot et Hibernici responsum est aliqualiter in corpore dubii. Et haec de 4. dubio.

Ad quintum dubium arguitur ad partem negativam, quia si deus posset producere Michaelem immediate post Gabrielem, maxime esset producendo Gabrielem per primum instans esse et Michaelem per ultimum non esse, sed consequens est falsum, igitur illud, ex quo sequitur. Sequela patet, sed falsitas consequentis ostenditur, quia bene sequitur: michael producetur, ergo successive vel subito, sed non successive, cum non habeat partes, igitur subito, et per consequens in instanti, sed consequens est falsum, quia erit ante quodlibet instans futurum, et non producitur in instanti praesenti. Item omne, quod producitur, quando tempus est producitur in tempore vel in instanti, igitur si Michael sic producatur post Gabrielem, ipse producetur in tempore vel in instanti, sed non in tempore, ergo in instanti, quod improbatum est. ¶ Dices concedendo sequelam et negando falsitatem consequentis, et ad punctum probationis nego istam consequentiam: producitur subito, ergo in instanti, sicut aliquid dividitur subito, hoc est non per partem ante partem, tamen in nullo instanti, sed ante quodlibet instans futurum dividetur et erit divisum ut casu posito, quod uniformiter in hora futura adaequate dividatur aliquod pedale, tunc superficies sive linea initians tal[is] pedal[is] subito dividetur, et in nullo instanti, sed ante quodlibet instans futurum erit divisa. Nec valet ista consequentia aliquid producitur, ergo illud producitur successive vel in instanti. Ad aliud nego, quod non producitur in tempore, licet inadaequate, tamen per nullum tempus producitur, quia est ante quodlibet instans illius temporis productus.

Correl. ¶ Ex quo ſeqtur ꝙ michael pōt eē ⁊ tamē in nullo i-
ſtanti. Hoc eſt iſta eſt poſſibilis michael erit ⁊ ī nul
lo inſtanti erit. Probat. qꝛ ex q̄ michael erit ante
quodlibet inſtās futurū volo ꝙ deus ꝓducat illū
immediate poſt hoc: ⁊ corrūpat illū añ qōlibet in-
ſtans futurū. Quo poſito patet correlarium.
¶ Sed cōtra qꝛ ſi hoc eſſet verū ſeq̄ret ꝙ deꝰ poſſet
ꝓducere .3. angelos vnū immediate poſt aliū: ſꝫ ꝯñs
eſt fñm igit. Seq̄la ꝓbatur qꝛ ſi deꝰ pōt ꝓducere vnū
angelū in inſtanti pñti: ⁊ vnū aliū immediate poſt
inſtans qḋ eſt pñs: pari rōe poterit ꝓducere vnū an
gelū in inſtāti qḋ eſt pñs ⁊ vnū aliū imediate añ in-
ſtans quod eſt preſens. Quo habito iā poterit pro
ducere .3. vnū immediate poſt aliū. vnū vꝫ imedia
te ante inſtans quod eſt preſens: ⁊ aliū in inſtanti
Dicitur. preſenti ⁊ aliū immediate poſt inſtans quod eſt p̄-
ſens: igitur aſſumptū verū. ¶ Dices ſicut dicendū
eſt concedendo quod infert: nec illud eſt incōueniēs
Correla. ¶ Ex quo ſeqtur ꝙ angelus ꝓductus īmediate ante
inſtans quod eſt pñs creatur: ⁊ tamē nō incipit eſſe
Patet qꝛ nec incipit eē per primum inſtans ſui eē:
nec per vltimū non eē: igitur. Antecedens probatur
quia non incipit per primū eē cū nullū ſit primum
inſtans ſui eē: quia maxime eēt inſtans quod ē pre
ſens ſed hoc nō: cum in illo ſit ⁊ ante illud fuerit ex
caſu: nec incipit per vltimū non eē cum nullū ſit da
3. correl. bile in quo nō ſit: ⁊ immediate poſt quod erit. ¶ Se
quitur ſecūdo ꝙ licet ſimpliciter nō incipiat eē: inci
pit tamē eē in aliquo inſtanti puta in iſtanti quod
eſt preſens. Patet intuenti.

Sed contra quia tunc ſequeretur ꝙ
angelus imediate ante inſtans quod eſt preſens ꝓ
ductus nec incipiet eſſe in tempore nec in inſtāti: ſed
cōſequēs eſt falſum: igit. Falſitas ꝯñtis patet quia
tunc aliq̄d eēt quod i nullo inſtāti eēt qḋ eſt impoſ-
ſibile. Seq̄la tamē probatur: et pono ꝙ angelus ꝓ
ductus immediate ante inſtans quod eſt pñs deſi-
nat eſſe per primū inſtans nō eē in inſtāti quod eſt
pñs. Quo poſitio iam ille angelus eſt productus
et tñ nullo modo incipit aut incepit eē nec in tempo
re nec in inſtanti quod fuit ꝓbandum.

In oppoſitū tamē arguitur ſic. Omē
illud eſt deo poſſibile quod nō implicat ꝯtradictio
nem: ſed .2. angelos aut .3. vnū immediate poſt aliū
ꝓducere nō implicat ꝯtradictionē: igit. Maior eſt
nota: et minor ꝓbatur rñdendo ad rōnes pro parte
te oppoſita nitētes inferre impoſſibile.

Pro ſolutiōe dubij breuiter pono du-
1. conclu. as cōcluſiones. ¶ Prima cōcluſio. Poſſibile ē deū
producere duos angelos vnū immediate poſt alte-
rum, vnū vꝫ per pōnem de pñti ⁊ alterum p remo-
tionem. Hanc cōcluſionē nō aliter ꝓbo q̄ ratione in
oppoſitū facta. ¶ Secūda concluſio. Poſſibile eſt
2. conclu. deū ꝓducere .3. angelos vnū imediate poſt aliū vnū
vꝫ in iſtāti pñti: ⁊ alterū imediate añ inſtās qḋ eſt
pñs: et tertiū immediate poſt inſtās qḋ eſt preſens
Probatur hec concluſio qꝛ ſicut deus pōt ꝓducere
vnū angelū in iſtāti qḋ eſt pñs: ⁊ vnū imediate poſt
inſtans qḋ eſt pñs: ita pōt ꝓducere vnū in inſtāti qḋ
eſt pñs: ⁊ aliū imediate añ inſtās qḋ eſt pñs. Quo
poſito patet vītas ꝯcluſiōis. ¶ Ex his ſeqtur p̄mo
1. correl. ꝙ poſſibile eſt aliquid fore qḋ mō non eſt: et tñ nūq̄
incipere eē. Patet poſito ꝙ vnus angelus imedia
te añ iſtās terminatiuū hore ꝓducat. tunc manife-
ſtum eſt ꝙ talis angelus nec incipit nec incipiet eē.
2. correl. ¶ Sequitur ſcḋo ꝙ poſſibile eſt aliquid quod mo-
do non eſt incipere eē: et poſtea nō eē p tempus nec
per inſtans. Patet de tertio angelo ponēdo ꝙ ꝓ-
ducatur imediate poſt inſtās qḋ eſt pñs ⁊ corrūpat
ante qōlibet inſtās futurū. Quo poſito ſequit vēri
tas correlarii. ¶ Sequitur tertio ꝙ aliquid erit qḋ 3. correl.
modo nō eſt: ⁊ tamen ipſum nō incipit nec incipiet
eſſe nichilominus ipſum deſinet eē. Probatur cor-
relarium ponēdo ꝙ imediate ante inſtans termīa
tiuū hore future ꝓducat deus b. angelum: et corrum
pat illū in inſtanti terminatiuo p primum non eſſe
Quo poſito ſequitur propoſitum. ¶ Sequit quar
to ꝙ aliquid incipiet eē et poſt modum nō erit: ⁊ tñ 4. correl.
nunq̄ deſinet eē. Probat. ponēdo ꝙ imediate poſt
inſtans quod eſt pñs ꝓducat deus c. angelū et cor-
rumpat illū ante qōlibet inſtās futurū. Quo poſi-
to habetur vītas correlarii. ¶ Tu tñ aduerte ꝙ nō
nulli non admittūt caſum iſtius quarti correlarii.
Nec memini me legiſſe aliquē dempto Paulo vene Paulus
to q̄ in .4. dubio ſue quadrature capite .38°. in p̄mo venetus i
correlario ſcḋe ꝯcluſionis in ꝓpria forma illud ad 4. du. c.
mittit et cōcedit. Et ſic p̄ꝫ rñſio ad dubium 38°.

Ad rationem ante oppoſitū reſponſū
eſt vſq ad vltimā replicā: ad quā reſpondeo conce
dendo qḋ infertur vt iam cōceſſum eſt: ⁊ ad proba-
tionem falſitatꝭ ꝯñtis concedo quod infertur: ⁊ ne-
go ꝙ illud ſit impoſſibile. Et hoc de dubio .5.
¶ Concluſio reſponſiua ad queſitū patet ex .2.3.4.
notabilibus.

Ad rōes ante oppoſitū q̄ſtiōis. Ad pri
mā rñdeo negando ſequelā vt bene probat repli-
ca. Dico tamē ꝙ ſi in ſubiecto in quo fiet intēſio q̄li
tatis ſit ſuum cōtrariū: ipſa intendit p depuratio
nem a cōtrario: ſꝫ nō preciſe ſed cum hoc per addi-
tionem gradus ad gradum, aut acquiſitionē pfe-
ctionis eē ſcḋm beatum Thomā ⁊c. Et per hoc patꝫ
reſponſio ad ꝯfirmationē: nō eī ſcḋm illam opinio
nē intēdi ē preciſe minꝰ pmiſceri ſuo ꝯrio: ſꝫ cū hoc
requiritur aliquid aliud vt dictum eſt.

Ad ſecundam rationem cōcedendo ſe
quelam: ⁊ nego falſitatem ꝯñtis: ⁊ ad probationē
nego ſeq̄lam: ⁊ cum probat admiſſo caſu cum ſup-
poſito: nego ꝯſequentiam. Et ratio eſt quia ad hoc
ꝙ aliquid ſit infinite perfectionis nō ſufficit qḋ ibi
dicitur: ſed cum hoc requiritur ꝙ cōtineat omnē p-
fectionē poſſibilē. ¶ Ad ꝯfirmationē rñdeo ꝙ eſto
ꝙ dabilis ſit qualitas nullius intenſionis: non ta-
men propter hoc ſequitur ꝙ forma non intendatur
per additionem gradus ad gradum. ¶ Ad aliḋ di
co ꝙ phūs intelligit dictū ſuum de diuiſione ſub
ſtantie compoſite ex materia ⁊ forma.

Ad tertiam rationē reſponſum eſt ibi
vſq ad vltimā replicā: ad quā rñdeo cōcedendo qḋ
infertur: ⁊ dico ꝙ infinita ꝓducētia ſunt vna cauſa
particularis. Accipitur eñ cauſa collectiue. ¶ Ad
primā confirmationē reſponſum eſt ibi vſq ad vlti
mā replicā: ad quā rñdeo concedendo qḋ infertur:
⁊ nego ꝙ ꝓpterea lumīoſum nulliꝰ ſit virtutis in
conſeruādo ſuū lumē ſꝫ ideo nō cōſeruat vt pfectius
ꝓducat. ¶ Ad ſecūdā cōfirmationē patet ſolutio ex
8. correlario burlei tertii notabilis.

Ad quartam rationenem reſpōſū eſt
ibi vſq ad vltimam replicam ad quam reſpondeo
concedendo quod infertur: et negando falſitatem
conſequentis et cum probatur ꝯcedo ꝙ virtus crea
ta ⁊ finita poteſt producere infinita in tpē finito qñ
ad ꝓductionē vniꝰ req̄ritur infinitorum productio

¶ Ex quo sequitur, quod Michael potest esse et tamen in nullo instanti. Hoc est, ista est possibilis, Michael erit et in nullo instanti erit. Probatur, quia ex quo Michael erit ante quodlibet instans futurum, volo, quod deus producat illum immediate post hoc, et corrumpat illum ante quodlibet instans futurum. Quo posito patet correlarium.

¶ Sed contra, quia si hoc esset verum, sequeretur, quod deus posset producere 3 angelos, unum immediate post alium, sed consequens est falsum. Igitur. Sequela probatur, quia si deus potest producere unum angelum in instanti praesenti, et unum alium immediate post instans, quod est praesens, pari ratione poterit producere unum angelum in instanti, quod est praesens, et unum alium immediate ante instans, quod est praesens. Quo habito iam poterit producere 3, unum immediate post alium, unum videlicet immediate ante instans, quod est praesens, et alium in instanti praesenti et alium immediate post instans, quod est praesens, igitur assumptum ver[u]m. ¶ Dices, sicut dicendum est, concedendo, quod infertur, nec illud est inconveniens. ¶ Ex quo sequitur, quod angelus productus immediate ante instans, quod est praesens, creatur, et tamen non incipit esse. Patet, quia nec incipit esse per primum instans sui esse nec per ultimum non esse, igitur. Antecedens probatur, quia non incipit per primum esse, cum nullum sit primum instans sui esse, quia maxime essent instans, quod est praesens, sed hoc non, cum in illo sit, et ante illud fuerit ex casu, nec incipit per ultimum non esse, cum nullum sit dabile, in quo non sit, et immediate post, quod erit. ¶ Sequitur secundo, quod licet simpliciter non incipiat esse, incipit tamen esse in aliquo instanti, puta in instanti, quod est praesens. Patet intuenti.

Sed contra, quia tunc sequeretur, quod angelus immediate ante instans, quod est praesens, productus nec incipiet esse in tempore nec in instanti, sed consequens est falsum, igitur. Falsitas consequentis patet, quia tunc aliquid esset, quod in nullo instanti esset, quod est impossibile. Sequela tamen probatur: et pono, quod angelus productus immediate ante instans, quod est praesens, desinat esse per primum instans non esse in instanti, quod est praesens. Quo posit[]o iam ille angelus est productus, et tamen nullo modo incipit aut incepit esse, nec in tempore, nec in instanti. Quod fuit probandum.

In oppositum tamen arguitur sic: omne illud est deo possibile, quod non implicat contradictionem, sed 2 angelos aut 3, unum immediate post ali[u]m, producere non implicat contradictionem, igitur. Maior est nota, et minor probatur respondendo ad rationes pro parte opposita nitentes inferre impossibile.

Pro solutione dubii breviter pono duas conclusiones. ¶ Prima conclusio: possibile est deum producere duos angelos, unum immediate post alterum, unum videlicet per positionem de praesenti et alterum per remotionem. Hanc conclusionem non aliter probo quam ratione in oppositum facta. ¶ Secunda conclusio: possibile est deum producere 3 angelos, unum immediate post alium unum, videlicet in instanti praesenti et alterum immediate ante instans, quod est praesens, et tertium immediate post instans, quod est praesens. Probatur nec conclusio, quia sicut deus potest producere unum angelum in instanti, qu[od] est praesens, et unum immediate post instans, quod est praesens, ita potest producere unum in instanti, quod est praesens, et alium immediate ante instans, quod est praesens. Quo posito in esse patet veritas conclusionis. ¶ Ex his sequitur primo, quod possibile est aliquid fore, quod modo non est, et tamen numquam incipere esse. Patet posito, quod unus angelus immediate ante instans terminativum horae producatur, tunc manifestum est, quod talis angelus nec incipit nec incipiet esse. ¶ Sequitur secundo, quod possibile est aliquid, quod modo non est, incipere esse et postea non esse per tempus nec | per instans. Patet de tertio angelo ponendo, quod producatur immediate post instans, quod est praesens, et corrumpatur ante quodlibet instans futurum. Quo posito sequitur veritas correlarii. ¶ Sequitur tertio, quod aliquid erit, quod modo non est, et tamen ipsum non incipit nec incipiet esse, nihilominus ipsum desinet esse. Probatur correlarium ponendo, quod immediate ante instans terminativum horae future producat deus B angelum, et corrumpat illum in instanti terminativo per primum non esse. Quo posito sequitur propositum. ¶ Sequitur quarto, quod aliquid incipiet esse et post modum non erit, et tamen nunquam desinet esse. Probatur ponendo, quod immediate post instans, quod est praesens, producat deus C angelum et corrumpat illum ante quodlibet instans futurum. Quo posito habetur veritas correlarii. ¶ Tu tamen adverte, quod nonnulli non admittunt casum istius quarti correlarii. Nec memini me legisse aliquem dempto Paulo Veneto, qui in 4. dubio suae quadraturae capite 38. in primo correlario secundae conclusionis in propria forma illud admittit et concedit. Et sic patet responsio ad dubium.

Ad rationem ante oppositum responsum est usque ad ultimam replicam, ad quam respondeo concedendo, quod infertur, ut iam concessum est, et ad probationem falsitatis consequentis concedo, quod infertur, et nego, quod illud sit impossibile. Et hoc de dubio 5.

¶ Conclusio responsiva ad quesitum patet ex 2., 3., 4. notabilibus.

Ad rationes ante oppositum quaestionis: ad primam respondeo negando sequelam, ut bene probat replica. Dico tamen, quod si in subiecto, in quo fiet intensio qualitatis, sit suum contrarium, ipsa intenditur per depurationem a contrario, sed non praecise, sed cum hoc per additionem gradus ad gradum aut acquisitionem perfectioris esse secundum beatum Thomam et cetera. Et per hoc patet responsio ad confirmationem, non enim secundum illam opinionem „intendi" est praecise „minus permisceri suo contrario", sed cum hoc requiritur aliquid aliud, ut dictum est.

Ad secundam rationem concedendo sequelam, et nego falsitatem consequentis, et ad probationem nego sequelam, et cum probatur admisso casu cum supposito, nego consequentiam. Et ratio est, quia ad hoc, quod aliquid sit infinitae perfectionis, non sufficit, quod ibi dicitur, sed cum hoc requiritur, quod contineat omnem perfectionem possibile. ¶ Ad confirmationem respondeo, quod esto, quod dabilis sit qualitas nullius intensionis, non tamen propter hoc sequitur, quod forma non intendatur per additionem gradus ad gradum. ¶ Ad aliud dico, quod philosophus intelligit dictum suum de dimensione substantiae compositae ex materia et forma.

Ad tertiam rationem responsum est ibi usque ad ultimam replicam, ad quam respondeo concedendo, quod infertur, et dico, quod infinita producentia sunt una causa particularis. Accipitur enim causa collective. ¶ Ad primam confirmationem respons[u]m est ibi usque ad ultimam replicam, ad quam respondeo concedendo, quod infertur, et nego, quod propterea luminosum nullius sit virtutis in conservando suum lumen, sed ideo non conservat, ut perfectius producat. ¶ Ad secundam confirmationem patet solutio ex 8. correlario Burlei tertii notabilis.

Ad quartam rationem responsum est ibi usque ad ultimam replicam, ad quam respondeo concedendo, quod infertur, et negando falsitatem consequentis, et cum probatur, concedo, quod virtus creata et finita potest producere infinita in tempore finito, quando ad productionem unius requiritur infinitorum productio.

¶ Ad confirmationem reſpondeo negando ſequelam: ⁊ ad probationē cōcedo antecedēs: ⁊ nego cōſequentiam: quēadmodū negant nominales de albedine vbi eſt plus de forma ꝙ in altera: ⁊ ad ipꝛobationē vltimā concedo qḋ infertur ſicut concedūt alie due opiniones. ¶ Ad ſecūdam confirmationeꝫ dico pꝛimo negando ſequelā ⁊ ad ꝓbationē nō admitto caſum: qꝛ albedo non poteſt eſſe ſine aliquo eſſe. Dico ſcḋo concedendo quod infertur: nec illud eſt inconueniens. Et hec de q̄ſtiōe ⁊ capite ſcḋo.

¶ Caput. 3. 4. tractatus inquireas diſputatiue. An qualitates contrarie ſe compatiantur.

Queritur vtrum foꝛme contrarie ſe inuicē compatiantur ſecundum idē ſubiectum adequate.

Et arguitur pꝛimo ꝙ non auctoꝛitate beati Auguſtini in libꝛo enchiridion capite. 17. dicentis. Nullus cibus ſimul dulcis eſt et amar⁹: nullum coꝛpus vbi albū ibi nigrū eſt. Et exemplicat de aliis contrariis volēs ꝓbare contraria eidē ineſſe
Auguſti. enchi. non poſſe: igitur de intētione beati Augu. eſt cōtraria ſe compati minime. ¶ Secundo auctoꝛitate philoſophi in pꝛedicamēto q̄titatis dicentis. Nichil eſt qḋ videatur ſimul contraria ſuſcipere. Et ꝑ hoc vult pꝛobare ꝙ cōtraria nō poſſunt ſimul eidē ineē: et exēplificat de albo et nigro: igitur illud eſt de mēte eius. ¶ Tertio auctoꝛitate eiuſdem philoſophi pꝛimo phiſicoꝛum tex. 9. 10. vbi dicit cōtra anaxagoꝛā ponētem vnum cōtrarium fieri ex altero: ꝙ cōtraria poſſunt eſſe in eodem in potentia: ſed non in actu ſimul: igitur illud eſt de intēſione philoſophi.
Dicitur. ¶ Dices ⁊ bene ad omnes has auctoꝛitates diſtinguendo ꝙ cōtraria non poſſunt eſſe ſimul in eodem aut capiēdo ly cōtraria pꝛimo intētionaliter ⁊ ſimiliter ly eſſe in eodē: ⁊ ſic negatur. aut ſecunde intentionaliter pꝛo terminis cōtrariis et pꝛedicari accidentaliter: ⁊ ſic cōcedo contraria nō poſſe eſſe naturaliter in eodē ſubiecto. Quod beatus Aug. ſubtiliter innuit cū inquit. Nullum coꝛpus vbi eſt album ibi nigrū eſt. Et hec eſt intētio eius. Similiter philoſophus in pꝛedicamēto quantitatis loquitur de contrarietate ſecundo intentionaliter. Vult eñ loco pꝛeallegato pꝛobare ꝙ magnum et paruum nō ſunt termini contrarii: dicens ꝙ termini contrarii non poſſunt ſimul de eodem verificari: paruum vero et magnum de eo verificātur. Et ſic intelligitur eius auctoꝛitas vbicunq; de hac materia loquitur.

Contra quia philoſophus quarto methaphiſices. t. 9. 17. volens ꝓbare cōtra heraclitū ꝙ nemo poteſt aſſentire duabus cōtradictoꝛiis ſic arguit. Nemo poteſt habere ſimul ⁊ ſemel q̄litates ꝯrias, igiť nemo pōt habere ſimul duarum ꝯdictoꝛiarū aſſenſus. Supponit phūs antecedēs tāꝙ manifeſtum: et ꝓbat ꝯñam. quia aſſenſus ꝯdictoꝛiarū ſunt qualitates ꝯrie: ergo ſeq̄tur ꝙ phūs habuit ꝓ inconuenienti cōtraria pꝛimo intentionaliter eē i eodem. ¶ Dices et bene diſtinguendo ꝙ phūs opinat⁹ fuerit qualitates cōtrarias eſſe incōpoſſibiles: aut
Dicitur. coꝛpoꝛales ⁊ ſic negō: aut ſpirituales et iextenſas cuiuſmodi eſt volitiō ⁊ nolitio: aſſenſus vnius contradictoꝛii et diſſenſus eiuſdem: ſcia actualis ⁊ opinio actualis reſpectu eiuſdē: et ſic bene concedo qꝛ tales in quibuſcunq; gradibus repugnant: coꝛpoꝛales vero minime. Et in hoc experientiā conſulendum eſt que ī naturali philoſophia doctrix ⁊ mgrā cōpꝛobatur.



Sed contra qꝛ vel qū phūs aſſumit īpoſſibile eē qualitates ꝯrias ſe cōpati itelligit vel ſolum de mentalibus. Si pꝛimū habetur intentum. Si ſecundū adhuc nichil pꝛobaret: quia aſſumeret falſum. Nā qualitates mētales ⁊ habituales ꝯrie ſe cōpatiūtur. Et ſi ſolū intelligeret de actualibus: tunc aſſumeret ꝓbandum et ſic argumentum philoſophi eēt inefficax. ¶ Et ꝯfirmať qꝛ ſi due foꝛme accidētales cōtrarie ſe cōpatiunť in eodē: ſequeretur duas foꝛmas ſubſtantiales ſe cōpati in eadē materia: ſed ꝯñs manifeſte falſuꝫ: igiť illud ex quo ſequitur. Sequela ꝓbatur: qꝛ ſi illa q̄ repugnāt et naturaliter cōtrariātur ſunt naturaliter cōpoſſibilia: a foꝛtioꝛi ea q̄ nō cōtrariātur erunt ꝯpoſſibilia cuiuſmodi ſunt foꝛme ſubſtantiales. Confir°

Secundo ad idem argť ſic quia nulle foꝛme icompoſſibiles ſe compatiūtur: ſed omēs foꝛme contrarie ſunt incōpoſſibiles: ergo nulle foꝛme contrarie ſe compatiuntur. Maioꝛ eſt nota cum cōſequentia et minoꝛ pꝛobatur quia foꝛme contrarie Diffi° q̄litatuꝫ contrariarū. ſunt que ſub eodem genere poſite ſunt, ⁊ eidem ſuſceptibili viciſſim inſunt: et mutuo ſe expellunt.
¶ Dices diſtinguēdo minoꝛem aut ꝙ ſint incōpoſſibiles ſcḋm quoſcūq; gradus, ⁊ ſic negatur, aut ſecundum aliquos ⁊ aliquos non, ⁊ ſic cōceditur. Nā ſecundū gradus ſummos ſunt incōpoſſibiles, ⁊ ſecundū certos remiſſos ſe cōpatiuntur. ¶ Sed cōtra qꝛ tunc ſequeretur aliquā frigiditatem alicui caliditati non eſſe contrariam: ſed conſequens eſt falſum: igitur illud ex quo ſequitur. Falſitas cōſequētis oſtenditur: quia quando aliqua ſunt eiuſdē ſpeciei quicquid cōtrariatur vni cōtrariať et alteri: ſꝫ quelibet caliditas cuilibet alteri eſt eiuſdeꝫ ſpeciei igitur ſi aliqua frigiditas alicui caliditati contrariatur: quelibet frigiditas contrariabitur cuilibet caliditati: quod eſt contrarium ꝯñtis. Sequela tñ pꝛobatur quia per te frigiditas remiſſa et caliditas remiſſa ſe cōpatiuntur: et per cōſequens nō mutuo ſe expellūt: et ſi non mutuo ſe expellūt: nō ſunt foꝛme cōtrarie. Pꝛima ꝯña patet ⁊ ſecūda ꝓbatur Dř pmo. per diffinitionē q̄litatū cōtrariaruꝫ. ¶ Dices foꝛte ſicut videtur dicere iacobus de foꝛliuio cōcedendo quod infertur, vcꝫ ꝙ caliditas remiſſa et frigiditas remiſſa non ſunt cōtrarie qualitates ꝓpter rōnem adductā: et cū pꝛobatur oppoſitū negatur illa pꝛopoſitio vniuerſalis quādocūq; aliqua ſunt eiuſdem ſpeciei quicquid cōtrariatur vni cōtrariatur ⁊ alteri. Imō (vt inquit) cuilibet frigiditati ꝯtrariatur caliditas ſumma: et tamen caliditas remiſſa nō cōtrariatur ei. Si quereret ratio diceret foꝛte ꝙ talis eſt natura rei ſicut dicit gregoꝛi⁹ de arimino de incōpoſſibilitate quoꝛūcūq; ꝯtrarioꝛū in quātuliſcūq; Dř ſcḋo. gradibus. Dico tamen aliter negando ſequelam: ⁊ ad punctum pꝛobationis: nego hanc ꝯſequentiam non mutuo ſe expellūt: ergo non cōtrariantur. Et ad pꝛobationem dicitť ꝙ illa non eſt totalis diffinitio: ſed dꝫ addi mutuo ſe expellūt ſecundū ſe vel aliquas illi eiuſdem ſpeciei. Nā ꝗuis ille ſe nō expellant: alique eiuſdē ſpeciei cum illis ſe expellunt qḋ ſufficit vt dicantur contrarie.

Cōtra quia tūc ſequeretur quoſcūq; gradus remiſſe caliditatis et remiſſe frigiditatis eē compoſſibiles: ſed conſequens eſt falſum: igitur illud ex quo ſequitur. Sequela ꝓbať: quia nō videť maioꝛ rō de aliq̄b⁹ ꝙ de aliis. Sꝫ falſitas ꝯñtis ꝓbať qꝛ ſi q̄tcūq; frigiditatꝫ remiſſe ⁊ caliditatꝫ remiſſe ſīt ꝯpoſſibiles ſeq̄ť gd⁹ caliditatꝫ vt. 6. ⁊ frigiditatꝫ

¶ Ad confirmationem respondeo negando sequelam et ad probationem concedo antecedens et nego consequentiam, quemadmodum negant nominales de albedine, ubi est plus de forma quam in altera, et ad improbationem ultimam concedo, quod infertur, sicut concedunt aliae duae opiniones. ¶ Ad secundam confirmationem dico primo negando sequelam et ad probationem non admitto casum, quia albedo non potest esse sine aliquo esse. Dico secundo concedendo, quod infertur, nec illud est inconveniens. Et haec de quaestione et capite secundo.

### 3. Kapitel des 4. Traktats des 3. Teils

### Caput 3. 4. tractatus inquireas disputative, an qualitates contrariae se compatiantur

Quaeritur, utrum formae contrariae se invicem compatiantur secundum idem subiectum adaequate.

Et arguitur primo, quod non auctoritate beati Augustini in libro enchiridion capite 17. dicentis: nullus cibus simul dulcis est et amarus, nullum corpus ubi album, ibi nigrum est. Et exemplicat de aliis contrariis volens probare contraria eidem inesse non posse, igitur de intentione beati Augustini est contraria se compari minime. ¶ Secundo auctoritate philosophi in praedicamento quantitatis dicentis: nihil est, quod videatur simul contraria suscipere. Et per hoc vult probare, quod contraria non possunt simul eidem inesse, et exemplificat de albo et nigro, igitur illud est de mente eius. ¶ Tertio auctoritate eiusdem philosophi primo physicorum tex[tu] 9., 20., ubi dicit contra Anaxagoram ponentem unum contrarium fieri ex altero, quod contraria possunt esse in eodem in potentia, sed non in actu simul, igitur illud est de intensione philosophi. ¶ D[i]ces et bene ad omnes has auctoritates distinguendo, quod contraria non possunt esse simul in eodem, aut capiendo ly „contraria“ primo intentionaliter et similiter ly „esse in eodem“, et sic negatur, aut secund[o] intentionaliter pro terminis contrariis et predicari accidentaliter, et sic concedo contraria non posse esse naturaliter in eodem subiecto. Quod beatus Augustinus subtiliter innuit, cum inquit. Nullum corpus, ubi est album, ibi nigrum est. Et haec est intentio eius. Similiter philosophus in praedicamento quantitatis loquitur de contrarietate secundo intentionaliter. Vult enim loco praeallegato probare, quod magnum et parvum non sunt termini contrarii, dicens, quod termini contrarii non possunt simul de eodem verificari, parvum vero et magnum de eo verificantur. Et sic intelligitur eius auctoritas, ubicumque de hac materia loquitur.

Contra, quia philosophus quarto metaphysices 1., 9., 27. volens probare contra Heraclitum, quod nemo potest assentire duabus contradictoriis sic arguit. Nemo potest habere simul et semel qualitates contrarias, igitur nemo potest habere simul duarum contradictoriarum assensus. Supponit philosophus antecedens tamquam manifestum, et probat consequentiam, quia assensus contradictoriarum sunt qualitates contrariae, ergo sequitur, quod philosophus habuit pro inconvenienti contraria primo intentionaliter esse in eodem. ¶ Dices et bene distinguendo, quod philosophus opinatus fuerit qualitates contrarias esse incompossibiles aut corporales – et sic nego – aut spirituales et in extensas, cuiusmodi est volitio et nolitio, assensus unius contradictorii et dissensus eiusdem, scientia actualis et opinio actualis respectu eiusdem – et sic bene concedo, quia tales in quibuscumque gradibus repugnant, corporales vero minime. Et in hoc experientiam consulendum est, quae in naturali philosophia doctrix et in gratia comprobatur. |

Sed contra, quia vel, quando philosophus assumit impossibile esse qualitates contrarias, se compati intelligit videlicet, vel solum de mentalibus. Si primum, habetur intentum. Si secundum, adhuc nihil probaret, quia assumeret falsum. Nam qualitates mentales et habituales contrariae se compatiuntur. Et si solum intelligeret de actualibus, tunc assumeret probandum, et sic argumentum philosophi esset inefficax. ¶ Et confirmatur, quia si duae formae accidentales contrariae se compatiuntur in eodem, sequeretur duas formas substantiales se compati in eadem materia, sed consequens manifeste falsum, igitur illud, ex quo sequitur. Sequela probatur, quia si illa, quae repugnant et naturaliter contrariantur, sunt naturaliter compossibilia, a fortiori ea, quae non contrariantur erunt compossibilia, cuiusmodi sunt formae substantiales.

Secundo ad idem arguitur sic, quia nullae formae incompossibiles se compatiuntur, sed omnes formae contrariae sunt incompossibiles, ergo nullae formae contrariae se compatiuntur. Maior est nota cum consequentia, et minor probatur, quia formae contrariae sunt, quae sub eodem genere positae sunt, et eidem susceptibili vicissim insunt et mutuo se expellunt.

¶ Dices distinguendo minorem aut, quod sint incompossibiles secundum quoscumque gradus, et sic negatur, aut secundum aliquos et aliquos non, et sic conceditur. Nam secundum gradus summos sunt incompossibiles, et secundum certos remissos se compatiuntur. ¶ Sed contra, quia tunc sequeretur aliquam frigiditatem alicui caliditati non esse contrariam, sed consequens est falsum, igitur illud, ex quo sequitur. Falsitas consequentis ostenditur, quia, quando aliqua sunt eiusdem speciei, quicquid contrariatur, uni contrariatur et alteri, sed quaelibet caliditas cuilibet alteri est eiusdem speciei, igitur si aliqua frigiditas alicui caliditati contrariatur, quaelibet frigiditas contrariabitur cuilibet caliditati, quod est contrarium consequentis. Sequela tamen probatur, quia per te frigiditas remissa et caliditas remissa se compatiuntur, et per consequens non mutuo se expellunt, et si non mutuo se expellunt, non sunt formae contrariae. Prima consequentia patet, et secunda probatur per definitionem qualitatum contrarium. ¶ Dices forte, sicut videtur dicere Iacobus de Forli[v]io, concedendo, quod infertur, videlicet quod caliditas remissa et frigiditas remissa non sunt contrariae qualitates propter rationem adductam, et cum probatur oppositum, negatur illa propositio universalis, quandocumque aliqua sunt eiusdem speciei, quicquid contrariatur, uni contrariatur et alteri. Immo – ut inquit – cuilibet frigiditati contrariatur caliditas summa, et tamen caliditas remissa non con[t]riatur ei. Si quaereretur ratio, diceret forte, quod talis est natura rei, sicut dicit Gregorius de Armino de incompossibilitate quorumcumque contrariorum in quantuliscumque gradibus. Dico tamen aliter negando sequelam, et ad punctum probationis nego hanc consequentiam: non mutuo se expellunt, ergo non contrariantur. Et ad probationem dicitur, quod illa non est totalis definitio, sed debet addi: mutuo se expellunt secundum se vel aliquas illi eiusdem speciei. Modo quamvis illae se non expellant, alique eiusdem speciei cum illis se expellunt, quod sufficit, ut dicantur contrariae.

Contra, quia tunc sequeretur quoscumque gradus remissae caliditatis et remissae frigiditatis esse compossibiles, sed consequens est falsum, igitur illud, ex quo sequitur. Sequela probatur, quia non videtur maior ratio de aliquibus quam de aliis. Sed falsitas consequentis probatur, quia, si quotcumque frigiditatis remissae et calididatis remissae sint compossibiles, sequitur gradus calididatis ut 6 et frigiditatis